a *Melioris conditionis*. Not. regulam: vt.j̃.de regu. iur.l.in his.§. non debeo.&.C.eo.ſi ſciens.&.s̃.de rei vind.l.redemptores.§.j.
b *Item ſi mulier*. ſcilicet interceſſura.
c *Referret*. id eſt accepto ferret. Vel dic id eſt compenſaret.
d *Sed replicabitur*. imò videtur quòd non replicet: vt.C.eo.l.ſenatus.in fi. quæ eſt cõtra. Sed ibi nec maritus emit, nec alium interpoſuit: ſed mulier ipſa emptorẽ inuenit. Item contra.s̃.eo.l.quamuis §. interdum. &. §. planè. Sed ibi voluit delegare: hîc intercedere: quare ſecus ſi deinde.
e *Facta ſit*. ſubaudi, rectè exciperes tu emptor: ſed quia eſt facta cõtra ſenatuſc. Velleia. non rectè excipis. Acc.
f *Quò*. pro vt. Accur.
g *Debitore*. alicuius.
h *Tradidit*. nõ animo donandi. aliàs cõtra.s̃. eo.ſed ſi ego.&.l.ſeq.
i *Totus*. videtur quòd non poteſt. totus enim,&c.
k *Excludendum*. quid ſi ego mandatarius neſciui quòd faceret ad hoc vt alienam obligationẽ in ſe ſuſciperet? Reſpon. fortè non iuuatur mulier: ar.ſupra eod. ſi fideiuſſores. Vel quid ſi putabã ipſam poſſe intercedere?
l *Non vſuram*. Not. quòd poteſt renuntiari huic ſena.con. vt hîc, &. C. quando mu. tu. offi.fun. poteſt.l.fin.& in aut. vt ma.debi.&c. §. quia verò. col. v. ſecus in Macedo. vt dixi ſupra ad Mace. tamẽtſi. & hoc accipe ſi eſt certiorata de beneficio ſibi cõpetenti. aliàs non: vt ſupra de tranſact.l. cum Aquiliana. ſed ſi renuntiat, nunquid ſemper præſumitur certiorata? Argu. quòd ſic, inſtit.de fideiuſſo.§. fin. & de inuti. ſtipu.§.ſi ſcriptum. Sed quid præſumemus in dubio? Dicere poteſt, quòd cum ignoret leges, (quod ei permittitur: vt.C.de iu.& fac. igno.l. fin.) quòd reſignatio non valeat, ſecundũ Iaco. Sed fortè hic ſecus, cum non ſit hoc beneficium reſtringendum: vt arg.infra de lib.& poſt.cum quidam.

Velleiano mulier renuntiare poteſt.

m *Obligari non poßit*. ſcilicet ciuiliter: vt ſubiicit,& infra de reg. iur.l.in perſonam ſeruilem. ſed naturaliter ſic. aliàs fideiuſſor accedere non poſſet: vt infra de reg.iur.l.cum principalis.& facit. ſupra eod.ſed ſi pro alieno.

emptorem: ne melioris conditionis [a] emptor ſit, quàm fuerit venditor.

Si mulier vendiderit fundum pro alio: iuuatur Velleiano. Bart.

Item ſi mulier [b] creditori viri fundum vendidit & tradidit ea conditione, vt emptor acceptam pecuniam viro referret, [c] & hunc fundum vindicat: exceptio quidem opponitur ei de re empta & tradita: ſed replicabitur [d] à muliere, *Aut ſi ea venditio contra ſenatuſconſultum facta ſit*. [e] & hoc procedit ſiue ipſe creditor emerit, ſiue interpoſuerit alium, quò [f] mulier ea ratione careat re ſua. Idem eſt & ſi non pro viro, ſed pro alio debitore [g] rem ſuam tradidit. [h] B

Si alius mandato mulieris intercedit: exceptioni Velleiani eſt locus, ſi creditor hoc ſciuerit. aliàs ſecus. Bartolus.

C Si mulier ne ipſa intercederet, alij mandarit vt id faceret, an in huius perſona locus huic ſenatuſconſulto ſit, qui rogatu mulieris id faceret? totus [i] enim ſermo ſenatuſconſulti ad petitionem non dandam aduerſus ipſam mulierem ſpectat. Et puto rem ita eſſe diſtinguendam, vt ſi quidem creditor cui me obligaui, mandante muliere hoc in fraudem ſenatuſconſulti egiſſet, ne ipſa interueniret contra ſenatuſconſultum, daret autem alium: excludendum [k] D eum exceptione fraudis ſenatuſconſulto factæ. Si verò is ignoraſſet, ego autem ſciſſem: tunc mandati me agentem cum muliere, excludẽdum eſſe: me autem creditori teneri.

Si mulier in iudicio exceptioni Velleia. renuntiat: Velleiano non iuuatur. Bart.

Si mulier pro eo pro quo interceſſerit, iudicium parata ſit accipere, vt non in veterem debitorem actio detur, quoniam ſenatuſconſulti exceptionem oppone- E re poteſt: cauere debebit exceptione ſe non vſuram, [l] & ſic ad iudicem ire. Intercedere mulierem intelligendum eſt etiam pro eo qui obligari non poſſit: [m] veluti ſi pro ſeruo alieno intercedit. ſed reſciſſa interceſſione, in dominum reſtituenda eſt actio.

## DE COMPENSATIONIBVS.

*Quia in creditis principalibus & acceſſoriis de quibus eſt dictum, obiicitur compenſatio: ideo de ea ponit. Vel, dixit de exceptione Velleiani: nunc de ea quæ fit per compenſationem.*

*Ex eodẽ numero ſunt pecuniæ, quibus obſtat cõpenſatio. nam & ipſo iure conſtat eam fieri ex omni cauſa, & parere condictionem indebiti. Compenſatio eſt per æris ſui computationem ab ære alieno liberatio. Cuiacius.*

## DE COMPENSATIONIBVS.

### TITVLVS II.

I. Modestinvs *libro ſexto Pandectarum*.

Compenſatio eſt debiti [n] & crediti inter ſe [o] contributio. †

II. Ivlianvs *libro nonageſimo Digeſtorum*.

Vnuſquiſque creditorẽ ſuum eundẽmque debitorem petentem ſummouet, ſi paratus eſt compenſare. [p]

C III. Pomponivs *libro viceſimoquinto ad Sabinum*.

Ideo compẽſatio neceſſaria eſt, quia intereſt [q] noſtra potius nõ ſoluere, quàm ſolutum repetere.

Fideiuſſor poteſt compenſare quod debetur reo principali, & ſibi. hoc dicit cum.l.ſeq. Bart.

IIII. Pavlvs *libro tertio ad Sabinum*.

Verum eſt (quod & Neratio placebat, & Pomponius ait) ipſo iure eò minus fideiuſſorem [r] ex omni contractu debere, quod D ex compenſatione reus retinere poteſt. Sicut enim cum totum peto à reo, malè peto: [ſ] ita & fideiuſſor nõ tenetur ipſo iure in maiorem quantitatem, quàm reus condemnari poteſt. [t]

V. Gaivs *libro nono ad Edictum Prouinciale*.

Si quid à fideiuſſore petetur, æquiſsimũ eſt eligere fideiuſſorem, [u] quod ipſi, an quod reo debetur, compenſare malit. Sed & ſi vtrumque velit compenſare, audiendus eſt.

E VI. Vlpianvs *libro trigeſimo ad Sabinum*.

A *Compenſatio.*] CASVS. Debebas mihi.x. ego tibi alia.x. ſi petas à me, obiiciã tibi compẽſationẽ: quæ neceſſaria eſt: quia magis intereſt non ſoluere, quàm repetere ſolutũ.
n *Debiti*. ab vtraque parte. Accurſius.
o *Inter ſe*. ſcilicet contrahentes.
p *Vnuſquiſq̃. Compenſare*. tãtum quantũ debet. Sed fallit hęc lex in caſibus: vt dices infra eo.l.ob negotium. Accurſius.
q *Ideo. Intereſt*. propter laborem,& expenſas quæ fiunt in iudiciis: & propter moram iudiciorum: vt.s̃. de pec. quod debetur. Et ſic eſt bona ratio, vt hîc, & infra de fideiuſ. l. ſi ſtipulatus eſſes. in fi.j.reſpon. Accur.

*Verum.*] CASVS. Debebas mihi.x. alia.x. debebã tibi. petij à te fideiuſſorem: & non oppoſita compẽ. dediſti mihi fideiuſ. tãtò minus tenetur fideiuſ. quantum tu potes retinere per compenſationem. Viuianus.

† Vnde à Græcis dicit ἀντίλογος. Theoph. Inſtit.de act. §. In bonæ fidei. Harmenop.lib.3. ti. 9.

r *Fideiuſſorem*. ſcilicet acceptũ poſtquã reus potuit compenſare.
ſ *Malè peto*. quia per exceptionẽ repellor: vt s̃.quando dies vſuſfru. leg.ce.l.j.in fi. vnde patet ꝙ ipſo iure non fit cõpenſatio: vt dices. j̃. l. proxi. Circa fideiuſſorem tamẽ diſtingue hîc, cum fideiuſſor eſt acceptus: aut poſtquã cõpenſare reus potuit, aut ante. Si poſt: aut in certã ſummam, aut ita fideiubes ꝑ illo quod ille debet? In primo caſu tenetur: ſed obiicit compenſationẽ: vt. j̃. de fideiuſ.ſi ſtipulatus. quę eſt cõtra. In ſecundo ipſo iure non tenetur, vt hîc in eo quod obiicitur cõpenſatio à reo: quia verba cũ effectu ſunt accipienda: ar. j̃.de verb.ſign. ſi debitor. &.l. creditores. & de ver.obli.l. eum qui. §.quotiens. ibi, verùm dies, &c. &. s̃. ne quis eũ qui in ius vo. vi exi. l.ſi per. §. docere. &. j̃. de iur. do. ſi ego Seiæ, &c. Si autẽ antequam reus compenſare potuerit, acceptus ſit fideiuſſor, tenetur in ſolidum, ſed exceptionem compenſationis habet: vt.C.de excep. l.defenſiones.& de fidu.tu.l.j. Accurſius.
t *Condemnari poteſt*. oppoſita compenſatione à reo.

*Si quid.*] CASVS. Debebas mihi.x. & ego tibi alia.x. habui fideiuſſorem cui ſimiliter ego tenebar: an fideiuſſor poſſit eligere, velit compenſare debitũ ſuum, an rei ſcilicet tui? Et reſpon. quòd ſic. & hoc in prima. Sed & ſi velit vtrumque compenſare: an ſit audiẽdus? Reſpon. quòd ſic. & hoc intellige vſque ad concurrentem quantitatem. hoc in ſecunda. Viuianus.
u *Eligere fideiuſſorem*. Fideiuſſor debitum ſuum & rei compẽſat: vt hîc: ſicut pater filij, & econtra, ſcilicet filius cõuentus id quod debetur patri, compẽſare poteſt. Item dominus ſerui: vt. j̃.eo.l.ſi cum filio.

Etiam quod natura debetur, venit [a] in compenſationem.

De debito in diem poteſt obiici compenſatio, licet antè diem peti non poſſit. Pau.

VII. IDEM *libro vicenſimooctauo ad Edictum.*

Qvod in diem debetur, nō cōpenſabitur [b] antequam dies veniat, quanquã dari oporteat. [c] B

Sententia lata ſuper principali, non præiudicat in incidenti quod poteſt per ſe ſtare. Item ei qui ſuccumbit in exceptione, opponitur exceptio rei iudic. ſi illud idem in modum actionis intentat. quod multum not. Bartolus.

Si rationem * compenſationis iudex non habuerit, ſalua manet petitio. Nec enim rei iudicatæ exceptio obiici poteſt. [d] Aliud dicã ſi reprobauit pēſationem, [e] quaſi non exiſtēte debito. tunc enim rei iudicatæ mihi nocebit exceptio. C

Debitum litigioſum poteſt in compenſationem deduci. Bart.

VIII. GAIVS *libro nono ad Edictum Prouinciale.*

IN †compenſationē etiã id deducitur, quo nomine cũ actore lis cōteſtata eſt: ne diligētior quiſque deterioris [f] cōditionis habeatur, ſi compenſatio ei denegetur.

Illud quod peti poterat cum adiectione de peculio, deducitur in compenſationem. hoc dicit ſecundum glo. Bartolus.

IX. PAVLVS *libro trigenſimoſecundo ad Edictum.*

SI cum filiofamilias aut ſeruo contracta ſit ſocietas, & agat dominus vel pater, ſolidum per compenſationem [g] ſeruamus: [h] quamuis ſi ageremus, dumtaxat de peculio præſtaretur.

Filius poteſt obiicere compenſationem de eo quod debetur patri, ſi de rato cauet. Bartolus.

Sed ſi cum filiofamilias agatur: an quæ patri debeantur, filius cōpenſare poſſit, quæritur. Et magis eſt admittendum: quia vnus contractus [i] eſt: ſed cum conditione, [k] vt caueat patrem ſuum ratum habiturum, id eſt, non exacturum quod is compenſauerit.

Negligentiæ ad negligentiam admittitur compenſatio. Item debita ex paribus cauſis compēſantur. Bartolus.

X. VLPIANVS *libro ſexagenſimotertio ad Edictum.*

SI ambo ſocij parem negligentiam [l] ſocietati adhibuimus, dicendum eſt deſinere nos inuicem eſſe obligatos, ipſo iure compenſatione negligentiæ facta. Similimodo probatur, ſi alter ex re communi aliquid percepit, alter tantam negligentiam exhibuerit, quæ eadem quãtitate æſtimatur, compenſationem factam videri, & ipſo iure [m] inuicem liberationem. Si quis igitur compenſare potens * ſoluerit, condicere poterit [n] quaſi indebito ſoluto.

D Debitum ex delicto compenſatur. Bartolus.

Quotiens ex maleficio oritur actio, vtputa ex cauſa furtiua, [o] cæterorúmq; [p] maleficiorum: ſi de ea pecuniariè agitur, compen-

---

cum filio. & procurator in rem ſuam in tribus caſibus: vt. j̃. eo. l. in rem. §. creditor. Item ſocius: vt. j̃. de duo. re. ſi duo. aliàs alienũ A debitum nemo compenſat: vt. C. eo. eius. & infra eo. l. in rem. §. creditor. Item nunquid compēſatio valet ipſo iure? quidã quòd ſic: adeo vt hominis factum non ſit neceſſarium. arg. pro eis inſtit. de act. §. in bonę fi. & argu. C. eod. l. fin. in princ. Tu dicas in delictis fieri ipſo iure: vt dices infra eod. ſi ambo. Item quo ad impediēdum curſum vſurarũ: vt infra eo. cum alter. Cùm enim ipſæ debeãtur pro mora, non eſt in mora qui habet exceptionem: vt ſupra ſi cert. pet. l. lecta. aliàs autem non ipſo iure, ſed demũ oppoſita ab homine. & ad hoc eſt infra eo. quod Labeo. nam ſi ius compenſaret, non eſſet in hominis poteſtate: quod ibi dicit. Item pro hoc eſt quod hîc dicit, &. s̃. l. proxi. & quod dicitur fieri ipſo iure, quandoque ſup. ſi opponatur ab homine.

*Rationem compenſationis iure non habet iudex ſi expeditè probari nō poteſt inuicem deberi. l. vlti. C. eo. vide l. aufertur j̃. de iur. fiſ. L R.

†Vul. In cōpenſatione.

E *Tiam.*] CASVS. Filiusfa. tenetur patri: & ita naturaliter. & ſi poſtea emancipatus fuerit: & pater in alia manu teneatur ei in aliis: an naturaliter debitum cōpenſare poſſit, quæritur. Et dicitur quòd ſic. Viuianus.

a *Venit.* infra eo. quæcunque. contra. Sol. vt ibi. Accurſius.

Q *Vod in diem.*] CASVS. Si tenearis mihi in. x. debitis in diem: & ego tibi in. x. purè: ſi petas, non obſtabit tibi compen. antequam dies veniat. licet ſtatim debeantur: peti tamen nõ poſſunt. [SI RATIONEM.] Tenebaris mihi in. x. & ego tibi in. x. petij: neq; oppoſuiſti compenſationem: (imò oppoſita fuit? quod eſt verius, ſed non reprobata: aliter non faceret mentionem de except. rei iudi.) & mihi condemnatus es. an tuorum. x. remaneat tibi compen. integra, quæritur. Et reſpon. quòd ſic: neque ob. tibi excep. rei iudi. hoc in prima. Si vero oppoſuiſti, & iudex eam non admiſit, ſed pronuntiauit quòd non fieret: tibi petenti obſtabit rei iudi. excep. hoc in ſecunda.

b *Non compenſabitur.* vt infra eo. ſi cum. §. cum intra. Accurſius.

c *Oporteat.* quia ceſſit dies: non tamen venit.

d *Obiici poteſt.* vt hîc, &. s̃. de nego. geſt. l. ſin autem. §. ſi quocunque modo. & arg. s̃. de his qui no. infa. l. Lucius. Sed argu. contra ſupra de condic. inde. l. fi. §. vlt. &. C. de fruct. & lit. expen. l. terminato. &. C. depo. l. iiij. Sol. illæ in acceſſoriis, quæ non poſſunt durare ſublato principali: vt. j̃. de reg. iur. l. cum principalis. E

e *Compenſationem.* id eſt quòd non fiet dixit: quaſi non, &c.

I *N compenſationem.*] CASVS. Tenebaris mihi in. x. & ego tibi in aliis. x. petij: & litem ſum tecũ cōteſt. petis à me tua. x. & volo ſoluere compenſando: an ſim audiendus? Dic quòd ſic: alioquin diligentia mea eſſet mihi damnoſa: quod eſſe non debet. Viuia.

f *Deterioris.* quod eſſe non debet: vt hîc, & infra de reg. iur. non ſolet. imò melioris: vt. C. de anna. except. l. ij.

S *I cum.*] CASVS. Contraxi cum filiofa. ſocietatē: tenetur mihi in. x. ex cauſa ſocietatis: & ego ei in aliis. x. ſi cōueniar à patre: an in ſolidũ, an quatenus eſt in peculio, obſtat ſibi cōpen. excep? Et reſpon. quòd in ſolidũ: licèt ſi aliàs agere paratus eſſet, quatenus pateretur pe. & hoc in prima. Sed quid ſi agam cum filio, & patri tenear: an filius poſſit obiicere compen? Reſpon. quòd ſic, ita tamen quòd filius caueat patrem ratum habiturum, id eſt, nō exacturum quod filius compenſauit. & hoc in ſecunda. Viuia.

g *Per compenſationem.* etiam ſi ex maleficio actor conueniat patrem: vt infra rerum anno. l. & ideo. licèt ſequens. §. huius. l. contradicere videatur. dicit enim quòd vnus eſt contractus: ſed illa nō eſt bona ratio, ſecundũ Io. Et not. ſeruari iure exceptionis, quod non poteſt peti: vt. j̃. de cōtrahen. empt. ſi in emptione. §. item ſi emptor. &. s̃. ſi cer. pe. l. cũ fundus. §. ſeruum.

Seruari poteſt, quod iure peti non poteſt.

h *Seruamus.* nos q fuimus ſocij filij vel ſerui.

i *Contractus.* mala ratio: ſed ſupple, maximè.

k *Conditione.* ſ. iſta.

S *I ambo.*] CASVS. Duo ſocij parē negligentiam habuerunt in ſocietate: quia fortè per negligētiam vnius damnificata eſt ſocietas in. x. ex negligentia alteri9 in alia. x. an hincinde debeat fieri compen? Dicitur quòd ſic. & hoc in prima. Sed quid ſi vnus ex ſocietate recepit. x. alius damnificat in aliis. x. per negligentiam: an hincinde poſſit fieri cōpen? Dicitur quòd ſic. & hoc in ſecunda. Sed quid ſi ille qui potuit compenſare, ſoluit: an poſſit repetere? Dicitur quòd ſic per condic. indebi. hoc in tertia. [QVOTIENS.] Tenebaris mihi in. x. ex cauſa furti: quia rem meã ſurripuiſti: ex alia cauſa tenebar tibi in aliis. x. an hincinde locum habeat compen? Dicitur quòd ſic. hoc in prima. Idem in condictione furtiua, & non in actione furti pecuniariter: vt in primo caſu. hoc in ſecunda. Sed quid ſi ſeruus tuus fecit mihi furtum, ſi cōueniam te noxaliter, vel quòd des furem pro noxa, tu velis compenſare: an ſis audiendus, cum in alia manu ſim debitor? Et reſpon. quòd ſic. [IN STIPVLATIONIBVS.] Domus tua minabatur ruinam ſupra domum meam: & mea ſupra tuam: petij vt caueres mihi, & noluiſti: ſi petas à me quòd tibi caueam: an poſſim obiicere compen? Dicitur quòd ſic. Sed quid ſi hincinde cautum ſit, & damnum hincinde datum ſit, cum agatur ex ſtipulatu: an damnum cum damno poſſit compenſari? Reſpon. quòd ſic. Viuia.

Ex tit de reb. authō. iud poſſid.

* [illegible] Græciſmus. Auguſt. lib. 2. c. 1.

l *Parem negligentiam.* id eſt negligentiã quæ par damnũ attulit.

m *Ipſo iure.* oppoſita ab homine. Vel dic (quod eſt verius) in maleficiis ipſo iure fieri ſcilicet à lege, ſicut in vſura, in odium earum: vt negligentia cum negligentia: item dolus cum dolo: vt ſupra de dol. ſi duo. & infra de except. dol. apud Celſum. §. Marcellus. & infra ſol. ma. l. viro. Item doli & culpæ, ſi per culpam te læſi in vno: tu me per dolum in alio. ſi autem in eadem re, tunc non: vt ſupra ad leg. Aquil. item ſi. in. fi. l. Accurſius.

n *Condicere poterit.* vt hîc, & infra de impen. in re. do. fac. l. quod dicitur. §. pe. Si verò tale debitum eſſet quod compenſari non poſſet, non datur repetitio: vt ſupra de condic. inde. l. qui inuicem. Accurſius.

o *Ex cauſa furtiua.* id eſt ex furto actio furti. Accurſius.

p *Cæterorúmque.* ex rapina & ex iniuria. Accurſius.

a *Iocum habet.* ipſo iure: vt dixi ſupra proxi.reſpon.fallit in caſu in quo non fit compenſatio: vt.C.eo.l.fin.in fi.quæ eſt contra.

b *Condicatur.* cum res interiit.Accurſius.

c *Tam in ipſa ſtipulatione.* vt quia noluit tibi cauere:ideoq; miſſus fuiſti in poſſeſſionẽ. ſi eadẽ domus in aliam domũ quæ mihi remanſit,minatur ruinã, nõ poſſum petere caueri:vt.j.de dam.infec.l. qui bona.§.ſi quis ſibi. ſed aliarũ nomine poteſt:vt in eo.tit.l.damni. §. ſi vicinas. nam in quo deliquit,&c.

† id eſt. Cuiac. li.13.obſ. c.37.

d *Stipulatu.* ſi hincinde eſt commiſſa.Accur.

C*Vm alter.*] CASVS. Tenebar tibi in.x. & tu mihi in. x x. ſed ſub vſuris. admiſſa cõpenſatione debiti concurrentis,præſtabis tãtum de.x. vſuras. iſtud habet locum non ſolũ in priuatis,ſed etiam in fiſco. hoc in.l. ſequen. [SED ET SI.]Si vtrũque debitũ erat diuerſarum vſurarum: puta erat vna in quatuor, alia in.vj. vſque ad cõcurrẽtem ſortis quantitatem admittetur cõpenſatio in vſuris.x. an ſi velim petere. x. ex alia cauſa, poſſis adhuc obiicere mihi compẽſationem in illis.x.quę prius compẽſauimus? Dicitur quòd non.

e *Concurrentis.* vt hîc, &.j.l.proxi.&. C.eo.ſi conſtat.&.l.etiam ſi fideicommiſſum.

f *Quantitatis.* ſortis.

g I*Dem.Fiſci.* ſi ex eadem ſtatione ſit debitum: vt.C.eo.l.j.

Q*Vod.*] CASVS. Tenebaris mihi in.x.ex cauſa venditionis: in aliis. x. ex cauſa locationis: & ego tibi in.x. ex cauſa mutui. ſi petam.x.ex cauſa venditionis,& admittatur compenſatio:an ſi velim adhuc petere. x. ex cauſa alia, poſſis mihi obiicere compenſationẽ in aliis.x. quæ prius compenſauimus? Dicitur quòd non.

ſatio locũ habet.[a] Idem eſt † & ſi cõdicatur [b] ex cauſa furtiua. Sed & qui noxali iudicio conuenitur, compenſationẽ opponere poteſt. In ſtipulationibus quoque,quæ inſtar actionũ habent, id eſt prætoriis,cõpenſatio locum habet.& ſecundũ Iulianũ tam in ipſa ſtipulatione, [c] quàm in ex ſtipulatu [d] actione poterit obiici cõpenſatio.

B

Quò ad impediendum curſum vſurarum fit compenſatio ipſo iure, etiam ſi opponatur ab homine.hoc dicit cum.l.ſequen.

XI. IDEM *libro trigenſimoſecundo ad Edictum.*

CVm alter alteri pecuniam ſine vſuris,alter vſurariam debet: conſtitutũ eſt à diuo Seuero, cõcurrentis [e] apud vtrũq; quantitatis [f] vſuras nõ eſſe præſtandas.

XII. IDEM *libro ſexagenſimoquarto ad Edictum.*

C

IDem iuris eſt nõ ſolum in priuatis,verumetiã in cauſa fiſci [g] cõſtitutũ. Sed & ſi inuicẽ ſit vſuraria pecunia, diuerſæ tamen ſint vſurę:cõpẽſatio nihilominus locũ habet eius quod inuicẽ debetur.

Vna cauſa non poteſt operari circa diuerſos effectus.h.d.Bart.

XIII. IDEM *libro ſexagenſimoſexto ad Edictum.*

QVod Labeo ait, non eſt ſine ratione,vt ſi cui petitioni ſpecialiter deſtinata eſt compẽſatio, in cæteris non obiiciatur. [h]

De debito inefficaci propter peremptoriam, non poteſt obiici compenſatio.hoc dicit.Pau.

XIIII. IAVOLENVS *libro quinto ex Caßio.*

QVæcumque per exceptionẽ perimi poſſunt, in compenſationem non veniunt. [i]

Debitum certo loco,poteſt vbique compẽſari, habita ratione intereſſe propter locum.Bartolus.

D

fonte eſt.Item ibi de damno vitando certat:hîc de lucro.Accur.

A

P*Ecuniam.*] CASVS. Debebas mihi duo Bononiæ, & ego tibi Mutinæ. viij. ſed benè intererat tua in duobus potius ſolui mihi Mutinæ quàm Bono.an illa duo veniant in compenſationem? Dicitur quòd ſic.Viuianus.

XV. IDEM *lib.2.Epiſtularum.*

PEcuniã certo loco à Titio dari ſtipulatus ſum. is petit à me quã ei debeo pecuniã. Quæro,an hoc quoq; pẽſandũ ſit, quãti mea interfuit certo loco dari.[k] Reſpõdit:ſi Titius petit, eã quoq; pecuniã quã certo loco promiſit,in cõpenſationẽ deduci oportet:ſed cũ ſua cauſa, id eſt,vt ratio habeatur quanti Titij [l] interfuerit eo loco quo cõuenerit,pecuniã datuiri. *

Non poteſt vni heredum compenſatio opponi de eo quod ad alterum peruenit.Bartolus.

XVI. PAPINIANVS *libro tertio Quæſtionum.*

SI cũ † militi caſtrenſiũ bonorum alius,cęterorũ alius heres exſtitit,& debitor alteri heredum obligatus velit * cõpenſare quod ab alio debetur:non audietur. [m]

Dies qui miſerationis cauſa adiicitur ſolutioni: compenſationem non impedit. Bart.

Cum intra diem [n] † adiudicati executionem datum, iudicatus Titio agit cum eodem Titio, qui & ipſe pridem illi iudicatus eſt: compenſatio admittetur? Aliud eſt enim diem obligationis non veniſſe: [o] aliud humanitatis gratia tempus indulgeri ſolutionis. [p]

Pœna delicti commiſſi in annona, ex cauſa annonæ poteſt compenſari. Bartolus.

XVII. IDEM *lib.1. Reſponſorum.*

IDeo condemnatus, quòd arctiorem annonã ædilitatis [q] * tempore præbuit,frumentarię pecuniæ debitor non videbitur: [r] & ideo compenſationem habebit.

Debito ceſſo poteſt quis obiicere cõpenſationẽ.ſecus ſi nõ ſit ceſſum:licèt alius creditor velit. Bar.

XVIII. IDEM *libro tertio Reſponſorum.*

k *Dari.* cuius intereſſe ratio habetur:vt ſupra de eo quod cer. lo. l.ij.§.nunc de officio.

l *Titij.* id eſt mea, ſcilicet ſtipulantis à Titio: & ſic mutat perſonas. ADDITIO. Vulgares editiones habent,Tua,quò ſpectat gloſſema.ſed nos,quãti Titij, emendauimus ex Pand.Flo.fide.

S*I cum militi.*] CASVS. Miles habens bona caſtrenſia & paganica, Titiũ in bonis caſtrenſibus,in bonis paganicis Seium inſtituit heredem. Titius cõuenit debitorem caſtrẽſium bonorum:cui tenebatur.heres ſcilicet Seius paganicorũ bonorum vult opponere cõpenſationẽ.an poſſit,quæritur. Et dicitur quòd non:quia bona ſeparata ſunt. [CVM INTRA.] Petebas à me. x.& cõdemnatus ſum. cœpiſti alia mihi debere poſtea.x.& cum currit tẽpus ſemeſtre, petij illa.x.& condemnatus mihi fuiſti. ſi petas vt exequatur ſentẽtia: an poſſim obiicere cõpenſationem? Dicitur quòd ſic. Videbatur ꝙ non:quia non exceſſerat tempus ſententiæ quadrimeſtre ſicut in prima.ſecus tamen eſt. Aliud eſt. quaſi dicat aliud eſt debitũ quod in diẽ debebatur: nec cõpenſatur niſi veniẽte die: & aliud quod debebatur purè:ſed ſolutio eius de benignitate differtur per tempus quadrimeſtre,quo caſu locum habet cõpenſatio: vt ſupra eo. l.quod in diem.

* Antoni. Augu.lib.2. c.2. ait Flor. ſcriptũ DATVRI.& emendandũ eſſe, DATVIRI.perperam igitur edidit aliter Taurell. perperam etiam Haloãder hîc addebat negationem.

† Flo.Cum mil.

* Flo. vult.

† Ang. Areti.in. §. & ſi in rem.Inſti. de offic.iud. reputat iſtũ tex. fin. in. 3. col. verſ. quid ſi eſt condemnatus.

* Ædilitatis legit Bu.hic, nõ edulitatis Ad ædiles enim cognitio mẽſurarum & annonæ pertinebat:de quibus in 12. tabulis ita cauetur: Sũtóque ædiles curatores vrbis annonæ, ludorũque ſolennium&c. Edulitatis autem legendum putat Duarenus lib.1.diſpu. cap. 26. Vide Cuiac. lib.14.obſ.c. 13.

h *Non obiiciatur.* ſic & infra rem ra.ha.procurator.j.reſpon.arg. contra ſupra de inoffic.teſt.Papi.§.ſed nec impuberis.

Q*Væcumque.*] CASVS Debes mihi.x.ſi feci tibi pactum de nõ petendo, & ego tibi alia. x. debebam: ſi petas, an poſſim obiicere compenſationem? Dicitur quòd non: quia.x. cum effectu non debentur.Viuianus.

i *Non veniunt.* Sed naturale debitũ non petitur:& ſic non videtur venire in cõpenſa.vt hîc.Sed contra.ſ.eo.l.etiã.Sol.naturale debitũ defectu actionis non petitur: non autem vi exceptionis perimitur.Quid ergo ſi verus debitor abſolutus à me.x.petat:an opponã compenſationẽ? Videtur ꝙ non,per hanc.l. Sed contra ſupra de condi.inde.l.Iulianus.ſed ibi de cõpenſatione nil dicit. Item contra.ſ.eo.etiã. Sol.ibi ſimplex naturale debitũ erat: hîc tantùm ciuile. & ita cum non ſit ibi actio: nec ergo exceptio. Item contra.j. rem ra.hab.l.procurator.§.j. Sol.ibi prodeſt alij, quod verò debitori non prodeſt. ſic. C.de iur.do.l.fin. in princ. datur ergo ei vt damnum euitet quod habet per me:vt.j.de ſol. Modeſtinus.Item quod hincinde petitur vel cõpenſatur,ex vno

m *Non audietur.* quia duæ ſunt hereditates: vt.j.de milit.teſta.l.ſi certa.§.j.Et ſic not. quòd non compenſatur alteri debitum:vt.j.eo.in rem.§.j.&.C.

E

eo.l.eius.Sed quid ſi debeo tibi.x.& ſoluo ea cuidam tuo creditori cui tantundem debes: nunquid ſublata eſt mea obligatio? Arg.quòd ſic,ſupra de pig.act.ſolutum.§.ſolutam.Accurſius.

n *Cum intra diem.* puta quatuor menſiũ:vt.C.de vſu.rei iud.l.ij.

o *Non veniſſe.* quia tũc ante diẽ nõ cõpenſatur:vt.ſ.quod in diẽ.

p *Solutionis.* nam tunc compenſatur: vt hîc,&.C.eo.l.ex cauſa. & infra de re iudi.l.intra dies.Accurſius.

I*Deo condemnatus.*] CASVS Statutum erat Bono.quòd frumentum non venderetur niſi ad. xx. ſi aliquis plus vendidit, & ita condemnatus eſt fiſco in.c.ſi fiſcus illa.c.debeat: an poſſit compenſare? Dicitur quòd ſic. Viuianus.

q *Edulitatis.* id eſt famis.ſic exponitur ideo,quia plus edunt homines in eo tempore quàm alio. Vel melius, edulitatis ſcilicet neceſſariæ,id eſt ieiunis, quibus neceſſarium eſt comedere.

r *Non videbitur.* tunc enim non obiicies: vt dicet infra eo.negotium. quæ eſt contra.Sol.vt ibi.Accurſius.

*In rem.*

In rem.] CASVS. Debebas mihi.x.ceſſi Titio ius meũ.& Titi⁹ tenebatur tibi in.x.ſi Titius agat iure ceſſo,& ecõuerſocõueniatur:an ſit locus cõpenſationi? Dicitur ꝙ ſic, ſi lis erat cõteſta. [CREDITOR.] Debebas mihi.x. & ego Titio.x. cũ peteré à te x.& nõ eſſes ſoluẽdo:rogaſti Titiũ ꝙ cõpenſaret ſua.x. cum illis quæ mihi debebas. an cõpellendus ſim compenſare, quæritur. Et reſp.quòd non. Viuia.

a *Poſt litis cõteſtationem.* vel acceptionẽ partis debiti, vel denũtiationẽ: vt C.de nouat.l.iij. ante enim reuocari poteſt procurator,poſtea non.

b *Vtetur*.imò cõtra:vt j.e.poſtquã.Sol.vt ibi.

c *Debet*. vt.ſ.eo.ſi cũ. j.reſpon.Accur.

d *Eius*.ſcilicet creditoris. q. d. licèt veniat aliquis qui ſit creditor hui⁹ creditoris,& amore debitoris qui cõuenitur, velit remittere vt ſibi remittatur.

IN rem ſuam procurator datus, poſt litis conteſtationẽ [a] ſi vice mutua conueniatur,æquitate cõpenſationis vtetur. [b] Creditor compenſare nõ cogitur quod alij quàm debitori ſuo debet: [c] quamuis creditor eius [d] pro eo qui conuenitur ob debitum proprium, velit compenſare.

De eo quod poteſt peti actione de peculio:poteſt obiici cõpenſatio.Bartolus.

XIX. IDEM *libro vndecimo Reſponſorum.*

DEbitor pecuniã publicã ſeruo publico [e] citrà voluntatẽ eorum ſoluit,quibus debitum rectè ſolui potuit. obligatio priſtina manebit: ſed dabitur ei compenſatio peculij fini *quod ſeruus publicus habebit.

Debitum ex cauſa victuali non compenſatur.Bar.

XX. IDEM *libro decimotertio Reſponſorum.*

OB negotiũ copiarũ [f] expeditionis tẽpore mãdatũ, curatorẽ condẽnatum,pecuniam iure cõpenſationis retinere nõ placuit: quoniam ea non compenſantur.

Procurator qui obiicit cõpẽſatione,nõ debet timere debitũ.B.

XXI. PAVLVS *libro primo Quæſtionum.*

POſteaquam placuit inter omnes, [g] id quod inuicẽ debetur,

Debitor.] CASVS. Debebã.x.fiſco: ſolui ſeruo publico cõtra voluntatẽ eorũ qui adminiſtrabãt rempu. ſi illi adminiſtratores petãt à me:an poſſim obiicere cõpẽſationẽ? Reſpõ.ꝙ ſic, quatenus eſt in peculio ſer uipublici.Viuia.

*fini.i ad eũ finẽ &modũ ad quem ſeruus habebit, ſcilicet peculium, & vt vulgo ſolemus dicere, quaten⁹ erit in peculio ſerui. eadem phraſis reperitur. l. 5. tit de colla. dot. & l. 15. ad l. falc. Duar.1.diſp. ca.11 L.R.

e *Seruo publico*. vel dic tabellioni: vel dic cuidam ſeruo, quì domino non præiudicat, ſicut nec filiusfami. vt C.de pac.l.filius.Acc.

OB negotiũ.] CASVS. Princeps præpoſuit quendã exercitui: puta ducẽ.ille mãdauit alicui qui curator cõſueuit nũcupari.vt omnẽ copiã rerũ exercitui ſubminiſtraret. ſi fraudẽ cõmittat,quia forte illa in ſuũ vſum cõuertit,& condemnetur fiſco, & fiſcus in tantundem teneatur: an poſſit obiicere compenſationem,quæritur.Et dicitur quòd non. Viuia.

f *Copiarum*.negotiũ copiarũ dicitur,cũ ille qui præeſt exercitui, mandat alij vt omnẽ copiã rerũ exercitui miniſtret. quod ſi non fecit,mãdati cõuenitur:in qua nõ cõpenſat:vt hîc.Sed contra.ſ. eo.ideo.Sol.hîc cõuertit in ſuũ vſum:ibi nõ. Et not. hic caſus in quibus eſt hincinde debitũ, & nõ fit cõpenſatio. Primus, vt hic ratione odij.Item eadẽ ratione,vt cũ quis perperã alienã poſſeſſionem occupauit:vt C.eo.l.fi.in fi.Item eadẽ ratione depoſitarius propter ſuã perfidiã non cõpenſat:vt inſti.de actio.§. in bo. fi.Itẽ ratione incertitudinis:vt ſi alter debitũ negat: vt C.eo.l.fi. §.pe.Itẽ propter fauorẽ: vt in republica: ſi quid ei deberetur ex kalẽdario,vel ex vectigalibus,vel ratione frumenti, vel hordei, vel tributi alimentorũ,vel ratione ſtatutorũ ſumptuũ: vt C.eo. l.in ea. aliàs obiicitur etiã reipublicæ cõpenſatio ſi debitũ eſt liquidum,aliàs intra duos mẽſes probatur:vt.j.de iur.fiſ l.auferatur.§.qui cõpenſationẽ.Itẽ ceſſat,ſi ſpecies hincinde vel ab altera parte debẽtur:vt.ſ.de pig.actio.l.ſi cõuenerit. & de cõdic.inde.ſi non ſortẽ.§.ſi centũ.& de pec.ſi creditor. §.j.j.de impen.in re.do.fac.quod dicitur.nec ob.C.eo.l.fi.in prin.quia in reali opponitur cõpenſatio quando ad æſtimatione venitur, non prius. Sed quid ſi hincinde in genere ſit debitũ.vt homo? Reſpond.fit cõpenſatio:ar.ſ.ſi pars her.pe.l.j.§.item ſi cum me. & de her.inſtit.qui non militabat.j.reſp.& de lega.ij.vnũ ex.§. ſed ſi vno.& ad Treb.deducta.§.nũmis.ibi,cũ autem &c.Accur. ADDITIO. Tu dic,negotium copiarũ,id eſt commeatus,ſiue annonæ exercitui neceſſariæ.Galli munitiones vocant.Duar.1.diſpu.ca.25.

Debiti ad debitum nõ fit compẽſatio.

Poſtea.] CASVS.Debebas mihi.x.& ego tibi.x.compẽſamus. poſtea vocaui te ad ius:& cõſtitui procuratorẽ, & petij à te

A quod cõpenſaui prius.procurator volebat cõpenſare. quæritur, an poſſit?Reſp.ꝙ nõ:quia iam facta erat cõpenſatio.vnde nõ eſt neceſſe vt caueat me ratã habere cõpenſationẽ: quia nõ cõpenſat,ſed eo minus poteſt petere quod inter nos cõpenſatũ eſt.Vi.

g *Inter omnes*. ſcilicet contrahentes. Accurſius.

ipſo iure compenſari: ſi procurator abſentis cõueniatur, [h] non debebit de rato cauere: [i] quia nihil compenſat, ſed ab initio minus ab eo petitur.

De debito alternatiuo non poteſt opponi compẽſatio, niſi quãtitas obligetur.Bar.

B XXII. SCÆVOLA *libro ſecundo Quæſtionum.*

SI debeas decem milia,aut hominem, vtrũ aduerſarius volet: ita compenſatio huius debiti admittitur, [k] ſi aduerſarius [l] palã dixiſſet vtrum [m] voluiſſet.

Nomine alterius non poteſt obiici compenſatio de eo quod ipſe debet.Bar.

XXIII. PAVLVS *libro nono Reſponſorum.*

ID quod pupillorum nomine debetur,ſi tutor petat: nõ poſC ſe compẽſationem obiici eius pecuniæ,quam ipſe tutor ſuo nomine aduerſario debet.

Cõtra fiſcũ obiicitur cõpenſatio,ſicut cõtra priuatũ.Bar.

XXIIII. IDEM *libro tertio Decretorum.*

IVſſit imperator audiri adprobantem [n] ſibi à fiſco deberi, [o] [in] quod ipſe [p] conuenitur. [q]

h *Conueniatur*. pro eo ſcilicet quod iá dominus compenſauerat.

i *Cauere*. nomine cõpenſationis quam faciat: quia iã erat facta, vt ſubiicit. Et ſic non ob.ſ.eo.l.in rẽ.j.reſpõ. nec quod eſt ſupra de procu.Põponius.§.ſed & is.Alij qui dicũt cõpenſationem fieri ipſo iure, planè legũt hanc legem totam: & dicũt inter omnes ſcilicet ſapientes. & iſta planior & verior.Accur.

SI debeas.] CASVS. Debebam tibi Stichum,aut.x.& tu mihi x.ſi vis compenſare. x. an dandus eſt Stichus? Reſpon:quòd nõ.nam quantũ ad ſpeciẽ nulla eſt compẽſatio: nec in quãtitate in caſu iſto, niſi prius electa quantitate.Viuia.

k *Admittitur*. vt ſi quãtitatem eligat, fiat compenſatio. aliàs nõ.

l *Aduerſarius*.ſcilicet ſtipulator.

m *Vtrum*.i. quod eorum vellet, vel. x. vel hominem.

ID quod.] CASVS.Debeo pupillo.x.tutor eius debet mihi.x. volo compenſare decem quæ debet mihi tutor: an ſim audiendus,quæritur. Et dicitur quòd non.Viuianus.

## DEPOSITI VEL contra.
## TITVLVS III.

D

IVſſit.] CASVS.habitus eſt ſupra eod.l.idem.

n *Adprobantem*.id eſt,probantem priuatum aliquem.

o *Deberi*.vnde compenſatione vult vti.

p *Quod ipſe*.ſcilicet qui debet.

q *Conuenitur*.ſcilicet à fiſco.& facit ſupra eo.l.idem.

DEPOSITI VEL CONTRA.

*Inter alios contractus ponit de hoc qui fit gratia dantis tantum. Redit ad eam quã inſtituerat de ſingulis cõtractibus recenſitionẽ actionũ, & quibus cœperat cõmodato ſcilicet & pignori depoſitũ adnectit ſimile negotiũ in eo quod ex huius etiã cauſa cõdictio non cõpetit, niſi ex inficiatione quæ proxima furto eſt,vt nõ abs re nominatim admoneamur & depoſiti & cõmodati fideiuſſorẽ accipi poſſe.l.2.De fideiuſſ.& liberationẽ rectè legari ei qui depoſiti tenetur vel cõmodati vel pigneratícia vel cõdictione furtiua.l.8 §.vlt.De lib.leg.quia ſcilicet videbatur res noſtra propriè non deberi nobis quã vindicare poſſumus, & quã dari oportere nõ intẽdimus rectè niſi furis* E *odio.Depoſitũ eſt cõuentio gratis cuſtodiẽdæ rei quæ traditur ſub fide reſtituendi.Et directa actio,quæ datur ei qui tradidit,Cõtraria,quæ datur ei qui cuſtodiam recepit, & ex cauſa contraria non nego quin poſſit eſſe condictio.Cuia.*

DEpoſitum.] CASVS.Primo dicit quid ſit depoſitum.Secũdo dicit vnde dicatur,dicẽs ꝙ dicitur à de,& pono: & de auget:vt oſtẽdatur ꝙ is apud quẽ res depoſita eſt,totã fidem adhibeat ad cuſtodiendã rem quæ depoſita eſt.[PRÆTOR.] Si rem meã cum plurima deliberatione apud te depoſui.nullius tamẽ timoris ſuſpicione:neq; reſtituis:teneberis in ſimplum. Si verò propter timorẽ incẽdij &c.eã depoſui,teneberis in duplũ, heres tuus in ſimplũ.niſi & ipſe dolũ adhibuerit,quo caſu tenebitur in duplũ. [MERITO.] Bene diſtinguit prætor inter rem depoſitã de volũtate,&rem depoſitã de neceſſitate:vt primo caſu condẽnetur depoſitarius in ſimplũ: ſecundo in duplũ. hoc in prima.Ratio autẽ huius diuerſitatis eſt:quia qui volũtate deponit,eligere poteſt,& deliberare penes quẽ deponat.vnde contẽ-

Qui rem deponit, abdicat à ſe. Pau. de Caſt.

I. VLPIANVS *libro trigeſimo ad Edictum.*

DEpoſitū eſt, * quod cuſtodiendū alicui datum [a] eſt: dictum ex eo quòd ponitur. Præpoſitio enim, *de*, auget [b] † depoſitum: vt oſtendat totū fidei B eius commiſſum quòd ad cuſtodiam rei pertinet.

Actio depoſiti datur in ſimplū, niſi factum fuerit cauſa incendij, ruinæ, vel naufragij: quia tunc in duplum contra depoſitarium, & etiam heredē eius ex dolo defuncti in ſimplum. h.d. in effectu vſq; ad. §. quæ depoſitis. Pau.

* De depoſito vide Cic. 3. off. in fin. Ariſt. problema. ſect. 17. Stobæus ex Nicolao ait apud Piſidas occidi īficiatores depoſiti.

† Not. quod dictio, de, auget: de qua vide in. l. ſi ſeruum. §. Stichum. infra de leg. 1. addo ꝙ cō cor. tex. in cap. epiſcopus. 35. diſt. quandóque priuat, vt ibi in glo.

tus debet eſſe ſimplo. qui verò ex neceſſitate, nō poteſt. vnde abundantior fides exigitur in rebus taliter depoſitis ex neceſſitate ſeu ignorantia. hoc in ſecunda. [QVÆ.] Si deponas apud me ſeruū veſtitū, an veſtis intelligatur depoſita? Dicitur ꝙ non. hoc in prima. Idē eſt ſi depono equum cū capiſtro: quia equus intelligitur depoſitus, non capiſtrū. [SI VESTIMENTA.] Dedi tibi balneatori veſtimenta mea cuſtodienda: ſi pereant, qua actione tenearis? Diſtinguitur. aut interuenit merces, & tenetur ex cōducto, & de dolo & culpa. aut merces nō interuenit, & tenetur balneator depoſiti ex dolo. Si verò dedi tibi ſeruū vt eum cuſtodias, & tu eū in piſtrinū conieceris: ad quid mihi teneris? Et diſtinguitur. ſi quidē dedi tibi mercedem vt cuſtodias, habeo aduerſus te actio. ex conducto. Si autem tu mihi mercedem dabas, agam contra te ex locato. Si verò non, quia locaui operas ſerui: tunc ex locato. ſi verò ſerui operas pro cuſtodia cōpenſabat, tenetur pręſcriptis verbis. Si vero depoſitarius aliquid pro operis ſerui recepit, neque de operis quicquam cōuenit, erit depoſiti actio ſecundum quoſdam. imò verius, ſi depoſitarius alimenta præſtitit, ſed operis ſerui non eſt vſus: in prædictis tribus caſibus locati, conducti, pręſc. ver. venit dolus & culpa: in depoſito tantùm dolus. de hoc tamē quod conuenit, inſpiciēdum eſt, ſiue redacta fuerit cōuentio in ſcriptis, ſiue non. [SI TE.] Rogaui te vt rem meam perferres ad Titium cuſtodiendam. qua actione mihi tenearis? Diſtinguitur. aut recepit, aut nō. ſi recepit, C aut nomine meo, aut tuo. primo caſu tenetur mihi depoſiti ille depoſitarius. ſecundo caſu ipſe tibi depoſiti. tu verò mādati mihi cedendo ab actione mandati liberaberis. Si non recepit, & tu es rogatus, vt ſi non reciperet, tu ſeruares, teneris mādati. Itē rogaui te, vt rem meā ab aliquo reciperes, & cuſtodires, & recepiſti: an depoſiti, an mandati tenearis? Rn̄. quòd mandati: quia is erat primus contractus. hoc in prima. Si verò volente me apud te deponere, iuſſiſti vt apud libertum tuum deponam: an depoſiti tenearis? Diſtinguitur. aut depono tuo nomine, & teneris actione depoſiti. ſi verò tu cuſtodire noluiſti, ſed perſuaſiſti mihi vt apud libertum deponerem, teneris ex conſilio. hoc in ſecunda. Si verò mādaſti mihi vt periculo tuo apud eū deponerem, mandati eſt actio. hoc in tertia. Si verò fideiuſſiſti: teneris, ſiue dolū cōmiſit apud quem depoſita eſt, ſiue non, dum tamē eſt apud eū. hoc in quarta. Sed in hoc caſu ſi libertus vel quiuis alius incepit eſſe furioſus, vel forte pupillus fuerit, & ſucceſſorem non habeat, teneberis ei ex fideiuſſione. hoc in quarta. D [AN.] Si apud pupillū res depoſita fuerit non tutore auctore: an teneatur, quæritur. Et rn̄. quòd ſic, ſi dolus commiſſus ſit à pupillo, vel locupletior factus fuerit. [SI RES.] Depoſui apud te vas aliquod integrū: tu mihi vis reddere fractum: an tenearis depoſiti? Dicitur quòd ſic. [SI APVD.] Si ſeruus depoſitum ſuſceperit, & dolo commiſſo manumittatur: depoſiti non tenetur: licèt aliàs de dolo commiſſo in ſeruitute, ſi extra contractum teneatur, ſed agetur ad exhibendum & in rem. & hoc dicit. [NON TANTVM.] Depoſitarius ſi non ſoluit, non tantùm tenetur actione doli commiſſi ante lit. conteſt. & ita de præterito dolo, ſed etiā poſt. Idem ſi depoſitam rem ſine dolo amiſeris, & eam receperis poſt lit. conteſta. an nihilominus tenearis? Et reſpō. quòd ſic. [IDEM NERATIVS.] Si cum deponens ageret, excipiebat depoſitarius quòd rem non reſtitueret, quia non habet eius copiam: ſi tamen ante ſententiā habeat facultatem reſtituendi, & non reſtituat, condemnabitur. E [EST AVTEM.] Apud te rem depono, ſi eam velim ſtatim repetere, an poſſim quęritur. Et reſpon. ꝙ ſic: quia dolo facere &c. & hoc in prima. Sed an ſtatim in dolo videatur ſi non reſtituat? Rn̄. quòd non, cū reſtituendi facultatē non habeat. [SI REM.] Depoſitarius rem depoſitam vēdidit: poſtea redemit: licèt poſtea intereat res, nihilo minus tenetur propter dolū quem cōmiſit cum venderet. Text. abinde clarus eſt vſq; ad. §. item. [ITEM.] Titius me inſtituit heredem, & deceſſit. iacēte hereditate ſeruus Titij depoſuit aliquam rem penes Seium. poſtea ego adiui hereditatem. vtrum poſſim agere contra Seiū actione depoſiti? Dicitur hic quòd ſic. Et tex. eſt clarus vſque ad. §. ſi rem. SI REM.] Si ſeruus meus rem meam apud te deponat, & Titio quem credebas eū eſſe, reſtituas: an depoſiti tenearis? Dicitur quòd non: quia in dolo non eras: ſed cum Titio agam ad exhibendum: qua exhibita vindicabo eam. hoc ſi res extat. ſi verò Titius eam conſumpſit cum ſciuit rem alienam, agere potero contra te ad exhi- A bendum: & in litem iurabo: quia dolo fecit quo minus poſſideret. [ELEGANTER.] Si ſeruus apud me pecuniam depoſuerit, & eandem domino pro libertate ſua dedero, an tenear depoſiti? Diſtinguitur. aut dedi quaſi meam, & teneor, quia in hoc caſu depoſitum non reddidi: ſed de meo dedi, vt manumitteretur. & aliud eſt reddere, & aliud eſt de ſuo dare. [SÆPE.] Si rem penes te depoſui, & conuenit vt de caſu tenearis: ſi caſu fortè intereat res, teneberis. Si verò cum volebam apud Titium deponere, tu te obtuleris, vt apud te deponerem: ſolum de dolo vel culpa teneberis. [SI PECVNIA.] Depoſui apud te in ſacculo, & deceſſi duobus heredibus relictis. ſi vnus repetit depoſitū, qualiter ſibi ſatisfiet? Et reſpon. quòd pecunia coram iudice vel idoneis teſtib⁹ exhibebitur: & pro parte hereditaria ſatisfiet. ſic: ſacculus aperiatur cum auctoritate prætoris. reſiduum autem pecuniæ penes eum reſidebit, ſi vult, dum tamen ſigillis conſignetur à prætore, vel ab aliis honeſtis perſonis. ſi noluerit, deponere debet in æde ſacra. hoc in prima. & hæc vera ſunt cum res erat diuiſibilis. Sed quid ſi erat indiuiſibilis, puta equus, vel ſeruus? in ſolidum datur ei qui repetit, præſtita cautione de ſeruādo depoſitarium indemnem ratione illius quod eſt ſupra partem repetentis. ſi ſatiſdare nolit, deponetur in æde ſacra, & depoſitarius liberabitur. [APVD.] Si depoſitor decedat duobus C heredibus relictis, & quilibet dicat ſe heredem eſſe in ſolidum, ei tradenda eſt res, qui obtulerit ſatiſdationem de præſtando depoſitarium indemnem aduerſus alium. Si verò neuter voluerit ſatiſdare, liberabitur depoſitarius, & deponetur res in æde ſacra. [SI QVIS TABVLAS.] Is apud quem tabulæ alicuius erant depoſitæ, diuulgauit teſtamentum, ita vt teſtator, qui aliàs credebatur diues, modo appareat pauper, per tabularum recitationem. agere poterit heres depoſiti, & etiam iniuriarum. & hoc dicit. [SI PRÆDO.] Titius furatus eſt mihi codicem meum: depoſuit eum apud Seium. vtrum poſſit agere iſte Titius contra Seium? Dicitur quòd ſic. [SI QVIS ARGENTVM.] Aurum vel argentum in ſacco depoſuit, & depoſitum repetit: an in libello debeat dicere ſpeciem & pondus? Dicitur quòd ſic. hoc in prima. Idem eſt in pondere & materia. Sed ſi lanam & purpuram petam in genere: pondus in genere deſignandum eſt. [SI CISTA.] Qui ciſtam cum rebus deponit, & repetit depoſitum: D an debeat tantum ciſtam in libello comprehendere, an res? Diſtinguit Trebat. aut is qui deponit, oſtendit res quas depoſuit: aut non. primo caſu repetuntur non ſolum ciſta, ſed etiam ſingulæ res quæ in ea depoſitæ ſunt. ſecundo caſu non. Labeo tamen ait agendum depoſiti & pro ciſta, & pro rebus indiſtinctè. Sed quid ſi depoſitarius ignorabat ibi eſſe: an hoc proſit quò ad hoc vt neceſſaria ſit ſpecificatio? Dicitur quòd non. auctor legis dicit, de rebus agendum cum ſpecificatione, quamuis ciſta ſignata fuerit. [FILIVSFA.] Si apud filiumfamilias res depoſita eſſet, agitur cum eo depoſiti, & cum patre illius depoſitarij de peculio. Idem eſt in ſeruo, in quo veniet dolus domini, vel patris, ſi in re depoſita doloſè verſati fuerint: non ſolum dolus filij vel ſerui. [SI APVD.] Si apud duos res deponitur, quilibet tenetur: & ſi cum altero agam, non propter hoc liberabitur alter: quia non electione &c. & ſi ambo fuerunt in dolo, & alter conuentus intereſſe præſtiterit: liberabitur alter. hoc in ſecunda. E Si conuentus in nihilo ſoluendo eſt, vel minus: peruenitur ad alium. hoc in tertia. Si verò alter tantùm, qui non dolum commiſit, conueniatur, & abſoluatur: ad alium erit regreſſus. hoc in quarta. Si verò duo deponant ambo: cui erit reſtituenda, quæritur. & diſtinguitur: aut conuenit vt vni in ſolidum traderetur: aut pro parte. in vtroque caſu fiet quod conuenit. [SI SIC DEPOSVERO.] Si quis rem deponat, vt poſt mortem depoſitarij res reddatur: mutata voluntate poterit depoſitor agere, vel heres eius, ſi in eadem volūtate perſeuerauit. idem eſt ſi conuenit vt poſt mortem depoſitarij res reddatur. Viuianus.

a *Datum.* id eſt traditum. nam & proprietas, & poſſeſſio penes deponentem manet: vt. j. eo. licet. §. j.

b *Auget.* vbi enim dico pono, cuſtodiam rei à me non abdico: ſed cum dico depono, quaſi dico deorſum à me pono & ſeparo. & per hoc videtur totum alij committi. Azo.

Prætor ait: *Quod neque tumultus, neque incendij, neque ruinæ,* † *neque naufragij cauſa depoſitum ſit, in ſimplum:* [a] *earum autem rerum, quæ ſupra comprehenſæ ſunt, in ipſum in duplum:* [b] *in heredem eius,* [c] *quod dolo malo eius factum eſſe dicetur qui mortuus ſit, in ſimplum: quod* [d] *ipſius,* [e] *in duplum iudicium dabo.* [f] Meritò has cauſas deponendi ſeparauit prætor, quæ continent fortuitam cauſam depoſitionis ex neceſſitate deſcendentem, non ex voluntate proficiſcentem. Eum tamen deponere tumultus, vel incendij, vel cæterarum cauſarum gratia intelligendum eſt, qui nullam aliam cauſam deponendi habet, quàm imminens ex cauſis ſupraſcriptis periculum. Hæc autem ſeparatio cauſarum iuſtã rationem habet, quippe cum quis fidem elegit, [g] nec depoſitũ redditur, contentus [h] eſſe debet ſimplo. Cùm verò extante neceſſitate deponat, creſcit perfidię crimẽ: & publica vtilitas * coërcenda eſt vindicandæ reipublicæ cauſa. Eſt enim inutile [i] in cauſis huiuſmodi [k] fidem frangere.

Sicut pro re depoſita competit actio depoſiti, ita pro rebus quæ depoſito accedunt: licèt illa non dicantur depoſita. hoc dicit tex. cum glo. Baldus.

Quæ depoſitis rebus accedunt, non ſunt depoſita: vt puta ſi homo veſtitus deponatur: veſtis enim non eſt depoſita: nec ſi equus cum capiſtro. [l] nam ſolus equus depoſitus eſt.

Contractus ex conuentione legem accipiunt. ad hoc ſemper allegatur. Pau.

Si conuenit, vt in depoſito & culpa præſtetur: rata eſt conuentio, [m] Contractus † enim legem ex conuentione [n] accipiunt.

Conuentio ne quis teneatur de dolo, non valet. Baldus.

Illud non probabis, [o] * dolum non eſſe præſtandum, ſi conuenerit. nam hæc cõuentio contra bonam fidem cõtráq; bonos mores eſt: & ideo nec ſequenda [p] eſt.

Depoſitum dicitur, cum nulla merces pro cuſtodia datur: aliàs dicitur locatio. hoc dicit. In primo caſu venit dolus & lata culpa tantùm. In ſecundo venit etiam leuis. Paul. de caſt.

Si veſtimenta ſeruanda balneatori data perierũt: ſi quidem nullam mercedem ſeruandorum veſtimentorum accepit, depoſiti eum teneri, & dolum dumtaxat [q] præſtare debere puto. quòd ſi accepit, [r] ex conducto.

Qui dat pecuniam, dicitur conductor: qui recipit, locator. Item cõtractus innominatus iudicatur ſecũdùm cõtractus nominati naturam, cui aſſimilatur: niſi aliud actum fuerit. hoc dicit. quem. §. nota: quia declarat multum naturam locati & conducti. Bart.

B

Si quis ſeruum cuſtodiendum coniecerit fortè in piſtrinum: ſi quidem merces interuenerit cuſtodiæ, puto eſſe actionem aduerſus piſtrinarium ex conducto. Si verò mercedem † accipiebã ego pro hoc ſeruo, quem in piſtrinum accipiebat: ex locato me agere poſſe. Quòd ſi operæ eius ſerui cum cuſtodia compenſabantur, quaſi genus locati & conducti interuenit: ſed quia pecunia non dabatur, [ſ] * præſcriptis verbis datur actio. C Si verò nihil aliud quàm cibaria præſtabat, [t] nec de operis quicquam conuenit, depoſiti actio eſt. In conducto & locato, & in negotio, ex quo diximus pręſcriptis verbis dandam actionem: & dolum [u] & culpam [x] præſtabunt qui ſeruum receperunt. At ſi cibaria tãtùm dabant, † dolum dumtaxat. Sequemur tamen, vt Pomponius ait, & quod habuerint præſcriptum, [y] * aut quod cõuenerit: [z] dummodò ſciamus, D & ſi quid fuit præſcriptum, [a] † dolum [b] tamen eos præſtaturos, qui receperunt: qui ſolus in depoſitum venit.

Cui datur res perferenda, tenetur mãdati: cui datur cuſtodienda, depoſiti tenetur. Barto.

Si te rogauero, vt rem meam perferas ad Titium, vt is eam ſeruet: qua actione tecum experiri poſſim, apud Pomponium quæritur. & putat tecum mandati: [c] cum eo verò qui eam * receperit, [d] depoſiti. E Si verò tuo nomine receperit [Titius,] tu quidem mihi mandati teneris, ille tibi depoſiti: quam actionẽ mihi præſtabis [e] mandati iudicio conuentus.

Quando præcedit contractus perfectus, & adiicitur conuentio quæ poteſt cadere in nomen contractus, potius inducitur informatio primi, quàm nouus contractus. hoc dicit notabiliter. Bart.

Quòd ſi rem tibi dedi, vt ſi Titius rem non recepiſſet, tu cuſtodires, nec eam recepit: videndum eſt, vtrum depoſiti tantum, an &

---

a *In ſimplum*. & hoc perpetuo, cum ſit rei perſecutio: vt infra de actio. & oblig. l. in honorariis. j. reſpon.

b *In duplum*. duplum exigitur ita demum, ſi inficiatio fuerit ſecuta: aliàs non: vt inſtitu. de actio. §. ſed furti actio.

† IVRNÆ ſcriptũ eſſe ĩ archetypo teſtatur Ant. Aug. lib. 4. c. 2.

c *Eius*. ſ. defuncti.

d *Quod* pro ſed.

e *Ipſius*. ſcilicet heredis dolo.

f *Dabo*. vnde videtur prætoria: ſed non eſt, niſi in quatuor caſibus iſtis. ex eo enim quòd in his quatuor caſibus dicit eam prætoriam, patet aliàs eſſe ciuilẽ: vt colligitur inſtitu. de actionibus. §. omnes. Accurſius.

g *Elegit*. ex voluntate. Accurſius.

h *Contentus*. ſibi enim magis imputet, qui tali commiſit: vt inſti. quibus mo. re contrahi. obliga. §. penul.

i *Inutile*. id eſt contra vtilitatem, ſcilicet publicam & deponentium. Accurſius.

k *Huiuſmodi*. in quibus deliberari non potuit: vt ſupra de exer. l. j. in princ. & infra de dam. infec. ſed cum poſtulaſſem. ſed nec in aliis eſt fides frangenda: vt. ſ. de conſtit. pec. l. j. in princ. & de pac. l. j. in princ.

* In hanc ſententiam pulchrè Ariſtot. problematũ ſectione. 17.

l *Cum capiſtro*. Sed nonne perinde eſt ac ſi equum & capiſtrum depoſuiſſet: vt infra de vſufruc. leg. l. illi. & ſupra cõmo. ſi vt certò. §. ſi me? Reſpon. ita, ſi ſic dixit, depono equum cum capiſtro. ſed hîc dixit tantum, depono equum: qui tamẽ erat capiſtratus: ſed tamen & de capiſtro debet habere cuſtodiã: aliàs depoſiti agitur, non vt pro depoſito, ſed vt pro acceſſorio depoſiti: vt argumenta. ſ. cõmoda. ſi vt certò. §. vſque. Accurſius.

† Facit gl. 2. & 3. c. 2. extra eod. tit.

m *Conuentio*. vt hîc, & infra eod. §. at ſi cibaria. &c. §. ſæpe. ſed & ſi conuenit vt non præſtetur, valet: vt ſupra commod. ſi vt certo. §. interdum. & ſupra ad leg. Aquil. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi calicem. & infra de regu. iur. contractus. §. j. & l. nec ex prætorio.

* Vulg. probandum.

Siue autẽ cum ipſo apud quem depoſita [res] eſt, actum fuerit, ſiue cum herede eius, & ſua natura res ante rem iudicatam [y] intercideririt, veluti ſi homo mortuus fuerit:Sabinus & Caſſius abſolui debere eum cum quo actũ eſt, dixerunt:quia æquum eſſet naturalem interitum ad actorẽ pertinere:vtiq; cum interitura eſſet [z]

ea res, etſi reſtituta eſſet actori.

In re propria non conſiſtit depoſitum: ideo depoſiti agi nõ poteſt. idem in commodato & precario. Bartolus.

XV. IVLIANVS *libro tertiodecimo Digeſtorum.*

QVi rem ſuam deponi apud ſe patitur, vel vtendam rogat: nec depoſiti, nec commodati actione tenetur: ſicuti qui rẽ ſuã conducit, aut precario rogat, nec precario tenetur, nec ex locato.[a]

Deponens primus non habet actionem contra tertium depoſitarium, niſi prius ei fuerit ceſſa.

XVI. AFRICANVS *libro ſeptimo Quæſtionum.*

SI is apud quem rem depoſueris, apud alium eam deponat, & ille dolo quid admiſerit: ob dolum eius apud quem poſtea ſit depoſitũ, eatenus eum teneri apud quem tu depoſueris, vt actiones ſuas tibi præſtet.[b]

Apud ſequeſtrum plures tãtùm deponunt, & tunc poſſeſſio amittitur. Bartolus.

XVII. FLORENTINVS *libro ſeptimo Inſtitutionum.*

LIcet deponere tã plures quàm vnus poſſunt, attamen apud ſequeſtrem non niſi plures † deponere poſſunt. Nam tum id fit, cum aliqua res in controuerſiam deducitur.[c] Itaque hoc caſu in ſolidum[d] vnuſquiſq; videtur depoſuiſſe. quod aliter eſt cum rem communem plures deponunt.

Rei depoſitæ proprietas apud deponentem manet, * ſed & poſſeſſio,[e] niſi apud ſequeſtrẽ depoſita eſt. nam tum demum ſequeſter poſſidet. Id enim agitur[f] ea depoſitione, vt neutrius poſſeſſioni id tempus procedat.

Actio depoſiti in quatuor caſibus contra heredem ex dolo defuncti datur in ſimplum, & intra annum ex dolo heredis ſecũdum ſuam naturam. Bart.

XVIII. NERATIVS *libro ſecundo Membranarum.*

diſtinctionem ſemper etiam poſt morã admittebat, præterquã in fure & meticuloſo: vt. C. quod metus cau. l. j. & facit pro eo ſ. de conſti. pec. l. ſi duo. §. ait prętor. & j. de iur. do. l. ſi is: in prin. & ſ. ad. l. Rho. l. fin. §. ſi ea. & ſ. quod metus cau. l. ſi cum. §. quid ſi homo. ibi: ſed & ſi non culpa. vel hic iuſtam cauſam litigandi habet propter impenſas. Accurſius.

QVi rem.] CASVS. Depoſuiſti rem meam apud meipſum. an ego poſſim teneri depoſiti? Dicitur quòd non: & ponit exemplum. Viuianus.

a *Ex locato.* nullũ iſtorum valet in re ſua: vt hîc, & j. de regu. iur. l. neque pignus. & C. loca. qui rem. & infra eo. l. bona fides. §. ſi tamẽ. & infra de vſuca. l. ei à quo. ſed videtur cõtra in precario: vt infra de preca. l. certè. §. fi. & l. ſeq. ſed & ibi fuit in alieno, id eſt in poſſeſſione quæ erat aliena, ſcilicet creditoris.

SI is.] CASVS. Depoſui rem meam apud Titium, Titius depoſuit apud Mæuiũ. iſte Mæuius commiſit dolum. quæritur, ad quid mihi tenebitur Titius primus depoſitarius? Reſpon. quòd ad hoc, vt act. cedat mihi contra Seium. Viuianus.

b *Tibi præſtet.* quod ſufficit: vt. ſ. de pecu. l. quod debetur. in fi. & ſ. l. j. §. ſi verò tuo. & eſt ratio: quia de ſolo dolo tenetur. ſecus ergo in actione neg. geſto. in qua venit etiam culpa, vbi non liberatur cedendo: vt. ſ. de neg. geſt. nam & ſi. §. fi. quæ eſt contra.

† Facit in ca. 2 glo. 2. propè fin. in verſi. cõſiſtit autẽ depoſitũ extra co. titu.

LIcet.] CASVS. Vnus & plures deponere poſſunt. ſ. cum eſt ſimplex depoſitum: apud ſequeſtrum verò non niſi plures. & hoc fit in re litigioſa: & hîc quilibet videtur depoſuiſſe in ſolidum. ſecus in re communi: quia quilibet pro parte ſua deponit. [REI DEPOSITÆ.] Iſte. §. ſatis clarus eſt, & leges ſeq. vſque ad. l. ſi apud. Viu.

* Concor in c. 2 gl. 2. in fi. in verſi. item rei depoſitæ extra co. titu.

c *Deducitur.* & vt reddatur vni, conuenit: vt hîc, & ſ. e. l. ei apud quẽ. §. propriè. & ſ. qui ſatiſd. cog. l. ſi fideiuſſor. §. fin. & j. de ver. ſig. l. ſequeſter. & agitur præſcriptis verbis, ſecundum quoſdam: vt. j. de præſcrip. verb. l. & ſi rem. §. fin. ſed tu dic, depoſiti ſequeſtraria: vt. ſ. eo. l. ei. §. j.

d *In ſolidum.* ſecus quando plures rem communem deponunt: quia quilibet pro parte depoſuiſſe videtur: vt ſubiicit, & ſupra eo. l. j. §. ſed & ſi duo. & hîc, vt ſubiicit, rei depoſitæ. Accurſius.

e *Poſſeſſio.* ſic & in commodato, vt. ſ. commo. l. rei. Accurſius.

f *Agitur.* tacitè, vt hic innuit, niſi contra probetur, quod eſſe poteſt: vt infra de acquiren. poſſ. l. intereſſe puto. Accur.

g DE *eo quod tu.* Poteſt intelligi in herede depoſitarij cauſa tumultus, vt teneatur intra annum in ſimplum: vt ſicut

A vnum ſpeciale eſt contra depoſitarium, qui conuenitur in duplum, ita ſit hîc aliud pro herede. & fiet punctum ibi, intra annũ quoque. & incipiat verſus, in ipſum &c. Item quod dicitur in ipſum, refertur ad depoſitarium, non ad heredem. & quod dicitur, in perpetuum, ſcilicet ratione ſimpli. Alij intelligunt quòd principiũ loquatur de herede depoſitarij vſq; illuc, & intra annũ &c. & poſtea de ipſo depoſitario. & quãdo datur in ſimplum, detur in perpetuum, ſcilicet etiam in heredem: & ſic ad primum dictum refertur quod dicit in fi. & in perpetuum. prima verior eſt. Accur.

† In vulg. incipit lex, Quod tumultus.

DE eo quod tumultus,[g] † incendij, ruinæ, naufragij cauſa depoſitum eſt, in heredem de dolo mortui actio eſt pro hereditaria portione, & in ſimplum, & intra annum quoque: in ipſum, & in ſolidum, & in duplũ, & in perpetuum datur.

B XIX. VLPIANVS *libro ſeptimodecimo ad Edictum.*

IVlianus & Marcellus putant filiumfamilias depoſiti rectè agere poſſe.[h]

Depoſitarius qui ſine dolo & lata culpa deſiit habere facultatem rei reſtituendæ, deſinit poſſe condemnari. ſed ſi recuperat, redincipit teneri. ſed primo caſu non tenetur cauere de reſtituendo. Pau.

XX. PAVLVS *libro octauodecimo ad Edictum.*

C SI ſine dolo malo rem depoſitam tibi amiſeris: nec depoſiti teneris, nec cauere[i] debes, ſi deprehenderis, eam reddi. ſi tamen ad te iterum peruenerit, depoſiti teneris.

Emancipatus tenetur de depoſito antè ſibi facto. idem in ſeruo manumiſſo. Bartolus.

XXI. IDEM *libro ſexagenſimo ad Edictum.*

SI apud filiumfamilias[k] res depoſita ſit, & emancipatus rem teneat: pater nec intra annum de peculio debet conueniri, ſed ipſe

D filius. Plus Trebatius exiſtimat, etiam ſi apud ſeruum depoſitũ ſit, & manumiſſus rem teneat, in ipſum[l] dandam actionem, non in dominum: licet ex cæteris cauſis in manumiſſum actio non datur.

Si plures heredes depoſitarii ſeparatim dolum committunt, quilibet tenetur pro parte. vbi verò communiter, quilibet tenetur in ſolidum. ſed ſi ad rei reſtitutionẽ agitur, condemnatio ſit pro parte. h. d. ſecundum lect. quam tenet Bartolus.

E XXII. MARCELLVS *libro quinto Digeſtorum.*

h IVlianus. *Poſſe.* nam hæc eſt vna de illis actionib. quæ iure veteri ſibi dantur: vt. ſ. de iudi. l. ſi longius, §. ſi filius. & infra de actio. & obli. l. filiusfamilias. Accurſius.

i SI *ſine. Nec cauere.* ſecus in actione ĩ rẽ: vt ſupra de rei vind. l. ſi verò. §. Iulianus. quæ eſt contra. & eſt ratio: quia ibi cauet propter lucrum quod lit. conteſt. ſenſit. ſ. vſucapiendo. nec enim ſine onere debet eſſe lucrũ: vt inſti. de leg. pa. tu. in fi. hîc autem nullum eſt lucrum in re depoſita: ideoq; depoſitari9 nullum ſentit onus. Itẽ ſecus in actione ad exhi. vt. ſ. ad exhi. l. Celſus. §. fina. quæ eſt contra. Item ſecus in procuratore: vt. j. tit. j. l. ſi procurator. §. vlti. quæ eſt contra. Sed eſt ratio, quia procurator duri9 aſtringitur, cum teneatur etiam de leuiſſima culpa: vt. C. man. à procuratore. At in depoſito ſolus dolus venit: vt. ſ. l. j. §. at ſi cibaria tantùm. Item ſecus in condictione ob cauſam: vt. ſ. de condic. ob cau. ſi pecuniam. §. itẽ ſi quis. in fi. §. Itẽ ſecus in aliis bonæ fid. iudiciis, vt ſupra de iudiciis. l. in omnibus. Accurſius.

Depoſitari9 de ſolo dolo tenetur.

SI apud.] CASVS. Si res apud filiumfa. deponatur, & emancipatus rẽ teneat, & depoſiti tenetur, & de pecu. pater intra annum non conuenietur. ſed filius tenebitur. idẽ in ſeruo, ſi manumiſſus rem teneat, in ipſum non in dominum competit actio.

k *Si apud filiumfa.* ſic & infra pro ſoc. l. ſi id quod. §. fin.

l *In ipſum.* ſcilicet manumiſſum. Sed contra ſupra de nego. geſt. Pomponius in negotiis. & ſ. eod. l. j. §. ſi apud. & C. an ſeruus ex ſuo facto. l. j. Solu. hic ſpeciale, vt hic innuit, licet ex cæteris &c. Alij dicunt quòd hîc conuenitur ratione præſentis poſſeſſionis, non autem ratione eius quem in ſeruitute habuit: vt ar. ſ. de iudi. non aliàs. §. fi. Vel dic,[a] quòd hîc conuenitur rei vindic. non verò actione depoſiti, quæ eſt ex cõtractu: quod videtur conſonare cum eo quod habes. ſ. eo. l. j. §. ſi apud. Accurſius.

a] Iſtã ſequitur Bar. hic.

*Si duo.*

SI duo heredes rem apud defunctum depoſitam dolo interuerterint. quodam vtique caſu in partes tenebuntur. Nam ſi diuiſerint decem milia,[a] quæ apud defunctum depoſita fuerant, & quina milia abſtulerint,[b] & vterque ſoluendo eſt, in partes obſtricti erunt.[c] nec enim amplius
B actoris intereſt. Quòd ſi lancem conflauerint, aut conflari ab aliquo paſſi fuerint, aliâve quæ ſpecies dolo eorum interuerſa fuerit, in ſolidum conueniri poterūt, ac ſi ipſi ſeruādam ſuſcepiſſent.[d] Nam certè verum eſt, in ſolidum quemque dolo feciſſe: & niſi pro ſolido res[e] non poteſt reſtitui. Nec tamen abſurdè ſentiet qui hoc putauerit. planè[f] niſi integrę rei[g] reſtitutione, eum cum quo actum fuerit, liberari non poſſe, condemnandum tamen, ſi res nō
C reſtituatur,[h] pro qua parte heres extitit.

In hac actione admittitur computatio expenſarum. Bart.

XXIII. Modestinvs libro ſecundo Differentiarum.

ACtione depoſiti conuentus ſeruo conſtituto[i] cibariorū nomine, apud eundem[k] iudicem vtiliter experietur.

Commendatum & depoſitum idem ſunt: item actione depoſiti vſuræ veniunt à tempore moræ: etiam ſi pecunia numerata deponitur, licet depoſiti terminos egrediatur. Bartolus.

XXIIII. Papinianvs libro nono Quæſtionum.

LVcius Titius Sempronio ſalutem. Centum nūmos, quos hac die commendaſti mihi adnumerante ſeruo Sticho actore, eſſe apud me vt notum haberes, hac epiſtola manu mea ſcripta tibi notum facio. quos quando voles, & vbi voles, confeſtim tibi numerabo. Quæritur propter vſurarum incrementum.[l] Reſpōdi, depoſiti actionem locum habere. Quid eſt enim aliud commendare, quàm deponere?[m] Quod ita verum[n] eſt, ſi id actum eſt, vt corpora nummorum eadem redderentur. Nam ſi vt tantundem[o] ſolueretur conuēnit, egreditur ea res depoſiti notiſſimos terminos.[p] In qua quæſtione ſi depoſiti actio non teneat,[q] cum conuenit tantundem non idem reddi: ratione vſurarū haberi nō facile dicendum † eſt. Et eſt quidem conſtitutum in bonæ fidei iudiciis, quod ad vſuras attinet, vt tantundem poſſit officium arbitri,[r] quantum ſtipulatio. Sed contra bonam fidem,[s] & depoſiti naturam eſt, vſuras ab eo deſiderare temporis ante moram, qui beneficium[t] in ſuſcipienda pecunia dedit.[u] Si tamen ab initio de vſuris præſtandis conuenit,[x] lex contractus ſeruabitur.[y]

Qui me præſente rem meam recepit, depoſiti actione tenetur. Bartolus.

XXV. Idem libro tertio Reſponſorum.

DIe ſponſaliorum aut poſtea res oblatas puellæ quæ ſui iuris[z] fuit, pater ſuſcepit. heres[a] eius vt exhibeat, rectè cōuenietur
D etiam actione depoſiti.[b]

In depoſito pecuniæ numeratæ veniunt vſuræ à tempore moræ. Bartolus.

Qui pecuniam apud ſe non obſignatam,[c] vt tantundem redderet depoſitam, ad vſus proprios conuertit: poſt moram in vſuras quoque iudicio depoſiti cōdemnandus eſt.[d]

SI duo.] casvs. Si depoſitarius decedat duobus heredibus relictis, & rem depoſitam dolo interuertunt: an in ſolidum teneantur? quæritur. Et diſtinguitur: aut erat res diuidua: puta. x. erant depoſita: &. v. tractauerunt: & ſinguli in partes conueniūtur: quia plus actoris nō intereſt. ſed in indiuidua quilibet tenetur in ſolidum ad rem reſtituendā: cuius niſi integra fiat reſtitutio, condemnatio pro partibus fiet.

a *Decem milia.* & ſic diuiſibilis. ſic. s̃. eod. l. in depoſiti. &. j̃. de adminiſt. tut. l. tres tutores. circa princ. ibi, planè ſi pecunia &c.

b *Abſtulerint.* cōtrectando & conuertēdo in ſuum vſum quilibet ſua quinque milia.

c *Erunt.* quilibet in media. ſ. quinque milia. & ſic agitur & fit condemnatio pro partibus.

d *Suſcepiſſent.* & ſic cōtraxiſſent. ſecus ſi non cōtraxiſſent: quia tunc pro partibus: vt. s̃. e. l. j. §. ſi apud duos.

e *Res.* ſ. ſi extaret.

f *Plane.* id eſt certe.

g *Rei.* indiuiſibilis cōtrectatæ. Accurſius.

h *Non reſtituatur.* Not. actionem in ſolidum: cōdemnationem verò pro parte, in hoc caſu: in pecunia verò ideo aliud, quia pro parte tantùm, non in ſolidū videntur eam contrectaſſe & habuiſſe: vt. s̃. ſi cer. pe. nam & ſi fur. §. fi. Sed in ſpecie contra: quia licet habuerit eam pro parte, tamē in ſolidū eam contrectauit animo lucrandi: vt & quādo plures ſubripiunt: & ideo tenetur ratione delicti in ſolidum, ſed conſiderata naturali & primordiali qualitate actionis depoſiti: quæ eſt vt pro partibus teneantur: vt no. s̃. eod. l. j. §. ſi apud. quilibet liberatur prę ſtādo intereſſe pro parte. ſecus ergo in furibus: quia ibi nō poteſt hæc qualitas aſſignari. Item ſecus in iſtis heredibus ſi cōueniātur non actione depoſiti, ſed condictione furtiua. & facit. j̃. de præto. ſtipu. l. prætoriæ ſtipulationes. Accurſius.

ACtione.] casvs. Si in ſeruo depoſito ſumptum fecerit depoſitarius: contraria depoſiti conueniet deponentem.

i *Conſtituto.* apud ſe depoſitarium.

k *Eundem iudicem.* vel etiam apud alium: vt ſupra commod. in commodato. §. j.

LVcius.] casvs. Seruus Sempronij. c. tradidit Lucio Titio: Lucius Titius miſit literas Sempronio: quibus ſignificauit quòd habebat ex numeratione ſerui centum, quæ promiſit ſibi numerare vbi vellet, & quando vellet. quis cōtractus ſit, ſcilicet an mutuum, an depoſitum? quæritur. Quæſtio fit propter incrementum vſurarum. Er reſpon. quòd ſi actum erat quòd eadem centum redderentur, depoſitum eſt. ſed ſi tantūdem, egredietur naturam depoſiti: ſed non aperit ſit depoſitum, an non. Verùm proinde cum conuenit vt non idē ſed tantundem reddatur: non facile eſt vt veniant vſuræ, cum in ſtrictis iudiciis &c. vnde ex
A mora in hoc caſu debentur: alioqui non, niſi ab initio aliter conueniſſet.

l *Incrementum.* quis contractus ſit, depoſitum, an mutuum.

m *Quàm deponere.* vt infra de verbo. ſignificatio. l. commendare. aliter accipitur infra man. ſi verò non remunerandi. §. cum quidam. Accurſius.

n *Verū.* indubitanter.

o *Tantundem.* i. tātùm ſi conſumpta eſſet. Accurſius..

p *Terminos.* eſt tamen depoſitum: vt infra. l. prox. §. qui pecuniam. &. l. Publia. §. j. in fine. ſunt autē notiſſimi termini, quod depoſitor neque dominiū neque poſſeſſionē amittit: vt ſupra eo. licet. §. rei. & idem debet reddi: vt ſupra ſi cer. peta. l. ij. in princi. & infra loca. l. in naue.

q *Non teneat.* ſed tamē tenet, vt dixi.

r *Arbitri.* id eſt, iudicis. & facit ſupra de nego. geſt. l. quia tantundem.

ſ *Sed contra bonam fidem.* proſequitur quando idem: & idem etiā quando non idem debet reddi.

† In archetypo erat, DICENDVM [NON] EST inquit Ant. Aug. li. 1. c. 2. verùm nota illa ( ) ſignificat eſſe delendā negationem.

t *Qui beneficium.* cuſtodiæ.

u *Dedit.* id eſt, fecit.

x *Conuenit.* ad caſum quando tātundem: vt ſupra eod. Publia. §. j. in fi. vel ad illum quādo idem poteſt referri: puta à die tali in antea tenearis ad vſuras.

y *Seruabitur.* nam in bon. fid. iudi. vſuræ ex ſolo pacto incontinēti habito debentur: vt infra de vſuris. cū quidam. §. ex locato. Accurſius.

DIe ſponſal.] casvs. Depoſui apud te pecuniā non obſignatam, vt tantūdem redderes: non quod hoc expreſſum fuerit: quia tūc ſecus. poſt moram iudicio depoſiti conuentus teneberis ad vſuras.

z *Sui iuris.* aliàs ſecus: quia tantùm naturalis obligatio eſſet nata contra patrem: vt. s̃. de condic. inde. l. frater à fratre. §. quæ ſitum.

E a *Heres.* ſcilicet patris.

b *Depoſiti.* hoc quando præſente puella accipit pater: aliud ſi ignorante: vt ſupra de nego. geſtis. l. ſi fideiuſſor. §. ſi ignorante. quæ eſt contra. Additio. Dic quòd ibi puella non fuit præſens: vnde non poteſt dici depoſitum. hîc verò erat præſens, ſecundum Bart. hîc.

c *Non obſignatam.* hoc ideo, vt &c.

d *Condemnandus eſt.* vt. j̃. eod. l. Quintus. & l. ſi ſacculum. §. finali. ſi ergo depoſiti agitur vbi conuenerit inter eos vt tantundem redderetur, quomodo ſciam detur actio ex mutuo. vel ex depoſito? niſi dicas, ſecundum quod eſt actum inter eos. ſed pone nil actum. Ad hoc reſpon. quòd hîc non conuenit expreſsè vt ea vteretur, præſumitur tamen quòd voluerit ea vti, quia pecuniam non obſignatam reliquit: & ideo depoſiti agitur inſpecto initio: vt ſupra eodem. l. j. §. idem Pomponius quęrit, ſi tibi mandauerò. ſi verò expreſsè conueniſſet vt ſi vellet, vteretur: demum

cum vtitur,& fit mutuum,& de mutuo agitur:vt ſupra ſi cer.pe-ta.l.quod ſi ab initio.

P*ublia.*] CASVS clarus eſt,& procedit per terminos.[LVCIVS.] Titius miſit epiſtolam ad Seium, qua ſignificauit ei ſub hac forma: Notum ſit tibi quòd habeo decem apud me:cõfiteor hic &promitto tibi ea reddere cum vſuris:an ob hoc vſuræ debeantur? Et reſpond. quòd licet iure contractus videatur excedere naturam depoſiti: tamen depoſitum eſt,& ex conuentione actione depoſiti petentur vſuræ. [TITIVS.] Titius miſit epiſtolam Sempronio: qua ſignificauit ei ſic, notum tibi facio quòd apud me habes decem pōdo auri plus vel minus,& ſacculos ſignatos decem, & alia manu teneris mihi in decem,an per talem ſcripturam aliqua ſit nata obligatio,quæritur.Et reſpon.quòd non: ſed rerũ depoſitio per eã probari poteſt. ſed an per epiſtolam hanc Titius probare poterit.x. ſibi dari debere à Sempronio:Reſpon. quòd iudex æſtimabit, ſcilicet ſi Sempronius cõſenſit his quæ ſcripta erant contra ſe, vt ſic ſtetur epiſtolę in totũ. aliàs non puto,quia dicit,huic ſcripturæ quæ dicit me debere Titio, non conſentio: ſed his quæ pro me faciũt cõſentio.Viuianus.

† Vide Alc. lib. diſpunc. 1.ca 18.

a *Humanum.* id eſt ꝙ moriar:vt infra de verbo.ſignification.l.vulgari.§.j. &.§.ij.Accurſius.

b *Inteſtata.*Publia.

c *Deſidero.*vt mihi tria dicas.

d *Filio.*ſcilicet per vtilem actionem depoſiti:vt hîc,&.C. ad exhi. l.pen. & infra de pact. dot.l.ſi ita. &.l.pactũ. non autem directa: vt infra de donatio.l.donationes.§.penul. quæ eſt cõtra. vel illa in extraneo, vt in eum non videatur collata donatio, vt hîc in filio. ſed econtra per filium ſic paciſcentem matri nõ quæritur: vt infra ad Trebell.l.debitor.§.fi. de marito autem ideo dubitabatur,quia fortè fecerat ei pactũ mulier quòd res ſuas lucraretur poſt mortem ſuam.Accurſius.

* id eſt qđ in nutritiis expēdi.Vide Alc.lib.1.diſpunc ca. 18. & Ant.Aug. lib.4. emen. c.16.

e *Excedere.* ſupple, eſt tamen depoſitum: & ideo ſecundũ conuent.&c.vt ſupra eo.l.Lucius.in fi.debentur enim ex pacto vſuræ in bonæ fid.iudi.vt.C.de pact.inter empto.& vendi.l. initio. Accurſius.

f *Habere.*ſubaudi,notum ſit veſtræ dilectioni,aliàs diſcretioni.

Ex pacto appoſito in traditione rei meæ quæ durat, alteri quæritur vtilis actio. Bart.

XXVI. PAVLVS *libro quarto Reſponſorum.*

PVblia Mæuia cum proficiſceretur ad maritum ſuum, arcam clauſam cum veſte & inſtrumentis commendauit Gaiæ Seię: & dixit ei: Cum ſalua,ſanáve venero, reſtitues mihi: certè ſi aliquid mihi humanum [a] contigerit,filio meo, quem ex alio marito ſuſcepi. Defuncta ea inteſtata, [b]deſidero, [c]res commendatæ cui reſtitui debeant filio, [d]an marito.Paulus reſpondit,filio. A B

In contractibus bonæ fidei, ex ſolo pacto nudo debentur vſuræ.

Lucius Titius ita cauit: † ἔλαβον, καὶ ἔχω εἰς λόγον παρακαταθήκης τὰ προγεγραμμένα τοῦ ἀργυρίου δηνάρια μυρία· καὶ πάντα ποιήσω καὶ συμφωνῶ καὶ ὡμολόγησα ὡς προγέγραπται· καὶ συνεθέμην χορηγῆσαί σοι τόκον ἑκάστης μνᾶς ἑκάστου μηνὸς ὀβόλους τέσσαρας, μέχρι τῆς ἀποδόσεως παντὸς τοῦ ἀργυρίου. [id eſt, Suſcepi, habeóque apud me titulo depoſiti ſupraſcripta denariûm argenti decē milia: méque ad præſcriptum omnia præſtaturum & promitto, & profiteor: conuentione ſcilicet inita, vt quoad omne argentum reddatur, in ſingulos menſes ſingulásque libras vſurarum nomine quaternos tibi obolos ſubminiſtrem,] Quæro,an vſuræ peti poſſunt. Paulus reſpõdit, eum cõtractum de quo quæritur, depoſitæ pecuniæ modum excedere: [e] & ideo ſecundũ conuentionem,vſuræ quoque actione depoſiti peti poſſunt. C D

Verba enuntiatiua non inducunt obligationem in contractibus,ſed probationem. Item priuata ſcriptura fidem facit contra producentem, non pro eo:niſi ab aduerſario fuerit approbata. Bartolus.

Titius Sempronis ſalutem: Habere [f] me à vobis auri pondo plus minus [g] decem, & diſcos duos, ſaccum ſignatum: ex quibus debetis mihi decem, [h] quos apud Titium [i] depoſuiſtis: item quos trophimati [k] * decem, item ex ratione patris veſtri decem, & quod excurrit. † Quæro, an ex huiuſmodi ſcriptura aliqua obligatio nata ſit: ſcilicet quod ad ſolam [l] pecuniæ cauſam attinet. Reſpondit, ex epiſtola de qua quæritur, obligationem quidem nullam natam videri: ſed probationem depoſitarum rerum impleri poſſe. [m] An autem is quoque qui deberi ſibi cauit in eadem epiſtola decem, probare poſſit [n] hoc quod ſcripſit: iudicem æſtimaturum. [o] E

Licet non valeat quod in veritate agitur, tamen valet quod ſimulatè concipitur. Bart.

XXVII. IDEM *libro ſeptimo Reſponſorum.*

LVcius Titius cum haberet filiam in poteſtate Seiam, Pamphilo ſeruo alieno [p] in matrimonium collocauit: cui etiam dotem [q] dedit: quam ſub titulo depoſiti in cautionem contulit: [r] & poſtea nulla denuntiatione [ſ] à domino facta, pater deceſſit: mox & Pamphilus ſeruus. Quæro qua actione Seia pecuniam petere poſſit, cum ipſa patri heres extiterit. Paulus reſpondit, quoniam dos conſtitui non potuit ex cauſa [t] depoſiti, actione de peculio pecuniam [u] repetendam.

Qui promittit prouidētiam pecuniæ depoſitæ, tenetur ad vſuras,ſi eas perceperit, vel in ſuos vſus conuerterit. Bart.

XXVIII. SCÆVOLA *libro primo Reſponſorum.*

QVintus Cæcilius Candidus ad Paccium Rogatianum epiſtolam ſcripſit in verba infra ſcripta: Cæcilius Candidus Paccio Rogatiano ſuo ſalutem. Vigintiquinque †nummorum * quos apud me eſſe voluiſti: notum tibi ita hac epiſtola facio, ad ratiunculam meam ea † peruenisse: quibus vt primùm proſpiciam, ne vacua * tibi ſint, id eſt vt vſuras eorum accipias, curæ habebo. Quæſitum eſt, an ex ea epiſtola etiam vſuræ peti poſſunt. Reſpondi, deberi ex bonæ fidei [x] iudicio vſuras, ſi-

g *Minus.*id eſt parum plus,vel parum minus.

h *Decem.*obolos.

i *Apud Titium.*Mæuium vel apud alium Titium.Accurſius.

k *Trophimati.*id eſt mercedi & pretio nutricationis.

l *Solam.*idem in aliis:vt in reſponſione dicit ſtatim.

m *Poſſe.*vt.j.de proba. l.fi.& de le.iij.cũ quis. §.codicillis.&.ſ.de pactis.l.emptor.§.fina.

† Quæ dicatur ſumma excurrens, pulchrè Budæus hic,& Ant.Auguſt. vbi.ſ.& Cuiac.li.1.Obſ. c.vlt.

n *Poſſit.*per hanc epiſtolam.Accurſius.

o *Aeſtimaturum.* vt ſi ille conſentit his quæ erant etiam contra ſe, ſtetur epiſtolæ in totũ: aliàs non.

L*ucius.*] CASVS. Collocauit filiam ſuã Titius in matrimonium Pamphilo ſeruo alieno, & erat hæc in poteſtate. & dedit dotē cũ ea, quam ſeruus recepit vt depoſitã.deceſſit pater, & deceſſit Pãphilus.qua act.repetet.c. data nomine dotis filia? Reſp.quòd nõ dotis actione:quia nulla erat dos: ſed act.depoſi. de pec.à domino Pamphil. repetet hoc edicto.

p *Seruo alieno.* quē putauit liberũ,ſecundum Azo.& ſic etiam ſecũdũ cano. nõ tenet matrimoniũ,ratione inæqualitatis.Accurſius.

q *Etiam dotem.* id eſt quaſi eſſet dos.

r *Contulit.* id eſt fecit Lucius vt ſeruus caueret ſe debere ex cauſa depoſiti pecuniã quã ex cauſa dotis acceperat, & id agebatur vt ex cauſa depoſiti. non dotis,cõtraheretur obligatio ad præſens.Accurſius.

ſ *Denuntiatione.* quòd eſſet hic ſeruus: vel ꝙ non teneret matrimonium:propter quã denuntiationē omiſſam, ſi dominus non reuocaret ſeruum, fieret liber:vt in auth.de nup. §.ſi vero ab initio.&.§. ſinautem. &. §. ſi verò ipſe quidem.colla.iiij.

†Elegantei ſubauditur milia.

t *Ex cauſa.* quia ſeruus erat.

* Vulg. nũmos.

u *Pecuniam.*ſed cur nõ datur condictio ſine cauſa? poteſt dici & illam vtpote generalem dari:vt.ſ.de condic.ſine cauſa. l. auunculo. Accurſius.

† Vulg.eos.

* Sic Flor.& ſubauditur milia illa nũmorum.nec aſſentior emendãtibus ne vacui tibi ſint.

Q*uintus.*] CASVS. Cæcilius ſignificauit per epiſtolã Paccio in hæc verba: Notũ tibi facio ꝙ vigintiquinq; quos apud me eſſe voluiſti, venerunt ad ratione meam: quos curæ habeo vt nõ ſint tibi vacui.an ex epiſtola tali vſuræ debeãtur,quæritur.Et reſpon.ꝙ ſic, ſiue ex cauſa mutui,ſiue vſuras percepit,ſiue in vſus ſuos cõuertit. Viu.

x *Ex bona fidei.*ſcilicet depoſiti.Accurſius.

Percepit.

a *Percepit.* vſuras ex hac pecunia: vt infra titu. j. idemque. §. ſi procurator meus. Accurſius.

b *Vſus eſt.* non ergo iure pacti: & quia non certum dicit: vt infra de vſur. tutor. §. finali. & quia non incontinenti. aliàs etiam ex pacto: vt. j. de vſuris. l. cum quidam. §. ex locato. Accurſius.

SI *ſacculum.*] CASVS. Depoſui apud te ſacculũ plenũ pecunia: tu iſtũ ſacculũ vel argẽtũ me inuito contrectaſti. dicit̃ ꝙ teneris mihi furti actio. & depo. Sed pone ꝙ permiſi tibi vti pecunia mea depoſita? Dicit̃ qđ nõ teneris mihi niſi ad vſuras. Viuia.

c *Vel.* pro id eſt. Acc.

d *Et depoſiti.* vt. ſ. eo. l. die. §. qui pecuniã. Acc.

e *Et furti.* vt inſtit. de ob. quæ ex deli. na. §. placuit. Accurſius.

f *Vt in cæteris.* ſcilicet ratione moræ, vel pacti appoſiti incõtinenti. & intellige quãdo nõ fuit actũ vt de mutuo agatur, ſed vt ex depoſito obligatio prima duret. aliàs ageret̃ ex mutuo, & nõ venirẽt vſuræ citra vinculũ ſtipulationis: vt. C. de vſuris. l. quamuis. Accurſius.

SI *fideiuſſor.*] CASVS. Depoſui apud te decẽ: & Titius pro te fideiuſſit. egi contra Titiũ, & rei depoſitæ æſtimationẽ exegi. res depoſita quæ apud te eſt, remanet in tuo dominio: quia tua fit. Viuianus.

g *Pro te.* id eſt apud te. Accurſius.

h *Rem tuam fieri.* ſi res præſens eſt: vt ſupra de rei vindica. l. eius rei. & l. hoc.

In hanc ſententiam multa diſputat. Cic. 1. de of. ibi ſed incidũt ſæpe tẽpora cum ea quæ maxime videntur digna eſſe iuſto homine commutantur. &c.

B*Ona.*] CASVS. Depoſui apud te rem aliquam: commiſi delictum, & deportatus ſum, & bona confiſcata ſunt: vtrũ reſtituere debeas depoſitũ, ſcilicet, an mihi, an fiſco? huic quæſtioni non reſpõdet, ſed dicit quòd inſpecto iure naturali, mihi reſtituenda eſt: inſpecto iure ciuili, quod non: ne relinquatur delictum impunitum: vnde vt alij terreantur, reſtituenda eſt fiſco. tu dic indiſtinctè, quòd reſtituenda eſt fiſco. hoc in prima. Sed quid ſi rem tibi ſubripui, & eam apud Titium depoſuero, cui erit reſtituenda? Dicitur quòd ſi velimus inſpicere tantùm accipientem & dantem, erit reſtituenda illi qui eam depoſuit. ſecus ſi perſonas reſpicimus quas contingit negotium. idem eſt in poſſeſſione. hoc in ſecunda. Sed quid ſi ſubripuero filio tuo vel ſeruo, & apud te dominũ vel patrem ignorantem depoſui: an ſit depoſitum? Et reſpon. quòd non: cum ſit hæc res domini vel patris. hoc in tertia. Sed quid ſi rem meam ſubripueris, & apud me depoſueris ignorantem rem meam eſſe: an ſit depoſitum? Dicitur quòd non. hoc in quarta. Sed quid ſi tu ignorans eam reſtituiſti, qua actione poſſis eam recuperare? Reſpon. quòd condic. furtiua. tamen hoc non benè apparet.

i *Exigitur.* vt. C. de actio. & obliga. l. bonam fidem. Accurſius.

k *Ius gentium.* id eſt naturale: vt inſtitu. de re. diui. §. ſingulorum.

ue percepit,[a] ſiue pecunia in rem ſuam vſus eſt.[b]

**Depoſitarius vtendo re depoſita præter voluntatem deponentis tenetur furti & etiam depoſiti: ſecus ſi ex eius voluntate: tunc tamen tenebitur ad vſuras ex mora vel ex pacto. Bartolus.**

XXIX. PAVLVS *libro ſecundo Sententiarum.*

B SI ſacculum vel[c] argentum ſignatum depoſuero: & is penes quem depoſitum fuit, me inuito contrectauerit & depoſiti[d] & furti[e] actio mihi in eum competit. Si ex permiſſu meo depoſita pecunia is penes quem depoſita eſt, vtatur: vt in cæteris[f] bonæ fidei iudiciis, vſuras eius nomine præſtare mihi cogitur.

XXX. NERATIVS *libro primo Reſponſorum.*

C SI fideiuſſor pro te,[g] apud quẽ depoſitum eſt, litis æſtimatione damnatus ſit, rem tuam fieri.[h]

**Bona fides eſt in genere, vt res depoſita deponenti reſtituatur: niſi extrinſeca & ſpecialis ratio hanc bonam fidem impediat. h. d. tota lex. Bartolus.**

XXXI. TRYPHONINVS *libro nono Diſputationum.*

BOna fides, quæ in contractibus exigitur,[i] æquitatem ſummam deſiderat. Sed eam vtrum æſtimamus ad merum ius gen- D tium,[k] an verò cum præceptis ciuilibus, & prætoriis? veluti reus[l] capitalis iudicij depoſuit[m] apud te centum: is deportatus eſt: bona eius publicata ſunt. vtrumne ipſi[n] hæc reddenda, an in publicũ deferenda[o] ſint? Si tantum naturale & gentium ius intuemur: ei qui dedit, reſtituenda ſunt. Si ciuile ius, & legum ordinem: magis in publicũ deferenda ſunt. Nam malè meritus, publicè, vt exemplo aliis ad deterrenda maleficia ſit, etiam egeſtate laborare debet. Incurrit hic & alia inſpectio, bonam fidem inter eos tantum quos contractum eſt, nullo extrinſecus adſumpto, æſtimare debemus, an reſpectu etiam aliarum perſonarum, ad quas id quod geritur pertinet.[p] Exempli loco, Latro ſpolia quæ mihi abſtulit, poſuit apud Seium inſcium de malitia deponentis. vtrum latroni, an mihi reſtituere Seius debeat? Si per ſe dantem accipientémque intuemur: hæc eſt bona fides, vt commiſſam rẽ recipiat is qui dedit.[q] Si totius rei æquitatem, quæ ex omnibus perſonis quæ negotio iſto continguntur impletur, mihi reddenda[r] ſunt, quæ †facto ſceleſtiſſimo adempta ſunt. Et probo[ſ] hanc eſſe iuſtitiam, quæ ſuum cuique ita tribuit, vt non diſtrahatur[t] ab vllius perſonæ iuſtiore repetitione. Quòd ſi ego ad petenda ea non veniam, nihilominus ei reſtituenda ſunt, qui depoſuit, quamuis malè quæſita depoſuit. Quod & Marcellus in prædone & fure ſcribit.[u]

Si tamen ignorans latro cuius filio vel ſeruo rem abſtuliſſet, apud patrẽ dominúmve eius depoſuit ignorantem, nec ex iure gentiũ conſiſtet depoſitum:[x] cuius hæc eſt poteſtas, vt alij nõ domino ſua ipſius res quaſi aliena ſeruanda detur. Et ſi rem meam fur, quam me ignorante ſubripuit apud me etiam nunc delictum eius ignorantem depoſuerit, rectè dicetur nõ contrahi depoſitũ: quia non eſt ex fide bona, rẽ ſuam dominum prædoni reſtituere cõpelli. Sed & ſi etiam nũc ab ignorante domino tradita ſit quaſi ex cauſa depoſiti: tamen indebiti dati condictio[y] competet.

Accurſius.

A l *Reus.* id eſt accuſatus.

m *Depoſuit.* cautè ponit in deportato: quia liber ipſe manet.

n *Ipſi.* ſcilicet deponenti, vel eius procuratori.

o *Deferenda.* vt alij timeant propter pœnam impoſitam vni: vt C. ad legem Iuliam rep. & infra de cuſto. reo. diuus Hadrianus. in fine. & ſupra eodem. l. j. §. hæc autem ſeparatio. & nota quòd huic quæſtioni non reſpon. tamen ego dico ea potius in publicum deferenda. Accurſius.

p *Pertinet.* ſed nonne in ſuperiori caſu idem? Reſpon. non, quia publicum & deponens idem reputatur, vt heres & defunctus. hîc nõ idem deponens & dominus.

q *Qui dedit.* vt ſupra eo dẽ, quod ſeruus. & infra titu. j. l. Quintus. Accurſius.

r *Mihi reddenda.* ſcilicet domino. ſed contra in authẽ. de depo. §. j. colla. vj. quæ eſt. C. eod. ſuper. l. pen. Sol. dicunt quidam hanc corrigi: alij dicunt nulli extrinſecus, ſcilicet præter dominum qui auditur, vt hîc. tu dic, refert an ſolùm interdicat quis ꝙ fieri non debet, vt ibi: an agat, ꝙ poteſt: vt hic.

†Flo quõ:

ſ *Probo.* nunc ſoluit. Accurſius.

t *Vt non diſtrahatur.* ac ſi diceret, nullus eſt alius qui iuſtiorem habeat petitionem quàm dominus: ideoque ipſe præfertur. vel dic, id eſt ſaluo iure cuiuſlibet. nam nulli debet abſtrahi ius ſuum: vt inſtit. de his qui ſui vel alie. iu. ſunt. §. fina. Item contra. ſ. nau. cau. ſtab. l. j. §. idem Põponius. Sol. vt ibi. Accurſius.

u *Scribit.* vt ipſi agant: vt ſupra de iudi. l. non à iudice. & ſupra commo. l. ita vt ſi. & ſupra eo. l. j. §. ſi prædo. Accurſius.

x *Depoſitum.* vt. ſ. eo. l. qui rem ſuam.

E y *Condictio.* ratione poſſeſſionis, non quòd retinuerit poſſeſſionẽ ex tali depoſitione, quæ nulla fuit: vt infra de vſucap. l. ei à quo. ſed quia tranſlata eſt modo ad eum propter redditionem rei. vel datur condictio furtiua indebiti, id eſt pro eo quod non erat debitum. Azo.

Q*Vod Nerua.*] CASVS. Si depoſui apud te rem meam. & eam per latam culpam dimiſiſti extra clauſuram tuam, dicit Nerua hanc latam culpam eſſe dolum: quod negat Proculus. Celſus non conſentit, dicens quòd non caret fraude, qui rem apud ſe depoſitam non cuſtodit ſicut ſuam, vel quemadmodum quilibet diligens rem ſuam cuſtodiret, quia non minor diligentia adhibenda eſt in re depoſita, quàm propria. tunc enim negligentia dolo comparatur: quia non caret fraude, qui eſt minus diligens in rebus alienis, quàm in ſuis: ſiue vltra communem modum ſit diligens in ſuis & non alienis, ſiue econtra: & ſic vtroque modo hîc ponitur caſus. Viuianus.

a *Diceret*.& benè. Accurſius.

b *Latiorem*.id eſt latam,cuius finis eſt non intelligere quod omnes intelligunt:vt infra de verb.ſign.latæ.

c *Dolum eſſe*.id eſt dolo cõparari:vt eſt,vbi quis de dolo tenetur, ibidem teneatur & de lata culpa.non autem eſt idem,cũ dolus ſit ex fraude, & lata culpa ex fatuitate. ꝑterea dicitur ſimilis eſſe: vt infra ſi is qui teſtamento liber eſſe iuſſus erit.l.j.§.ij.& infra ad Trebellia.l.mulier.§.ſi heres.& ſupra ſi men.fal.mo.di.l.j.§.penult. ergo non eſt idem, cum dicat Ariſtoteles : nihil eſt idem cui idipſum ſimile eſt.

d *Nam & ſi quis*. quaſi dicat,& ſi fortè aliquis non ſit ita diligens ſicut homines ſolent eſſe,fraude nõ caret: niſi ad ſuum modum, quẽ ſcilicet tenet in rebus ſuis, curam præſtet in depoſito. Sed quid ſi tãtũ præſtet in depoſito, quantum in rebus ſuis:ſed in ſuis non tãtum quantũ natura hominum deſiderat? Reſpon. tenetur: quia eſt lata culpa: vt infra ſoluto ma.l. ſi conſtante §.ſi maritus.Accurſius.

† Rectius ſic cum negatione legitur Flor. quàm ea dempta: nam priore caſu leuis culpa,poſteriore, latior culpa deſcribitur.

e *Ad eum modum*. aut minꝰ eſt diligens in ſuis quàm alij homines : & tunc nõ minorẽ quàm in ſuis:vt hîc.aut econtra plus eſt diligens in ſuis, quàm alij homines, & tunc ſimiliter quantum in ſuis:vt hîc & ſecundum hoc dic nõ ad eum,quia minus vel plus diligens eſt in ſuis, quàm alij. ſed in primo caſu etiã ſi fuerit vt in ſuis , teneatur adhuc per. l. ſi conſtante. & non per hãc legem. Accurſius.

Latior culpa dicitur dolus præſumptus : qui colligitur ex eo quod depoſitarius non adhibuit eam diligentiam in re depoſita quam adhibuit in ſua. Bartolus.

XXXII. CELSVS *libro vndecimo Digeſtorum*.

Qvod Nerua diceret [a] latiorem [b] culpam dolum eſſe, [c] Proculo diſplicebat: mihi veriſſimum videtur. Nam etſi quis [d] B non † ad eum modum [e] quem hominum natura deſiderat, diligens eſt:niſi tamen ad ſuum modum [f] curam in depoſito præſtat,fraude [g] non caret. Nec enim ſalua fide minorem [h] iis [i] quàm ſuis rebus diligentiam [k] præſtabit.

Depoſitio ſerui apud ſequeſtrum non impedit dominum agere. Bar.

XXXIII. LABEO *libro ſexto Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum*.

Seruus tuus pecuniam cũ Attio in ſequeſtre [l] depoſuit apud Mæuium ea conditione, vt ea tibi redderetur, ſi tuã eſſe probaſſes:ſin minus, vt Attio redderetur. poſſe dixi cum eo apud quẽ C depoſita eſſet, incerti [m] agere, id eſt ad exhibendũ, [n] & exhibitam vindicare: quia ſeruus in deponendo tuum ius deterius facere non potuiſſet. [o]

Qui recipit pecuniam,vt reddat depoſitũ: depoſiti cõuenitur. Bar.

XXXIIII. IDEM *libro ſecundo* πιθανῶν.

Potes agere depoſiti cum eo qui tibi non aliter quàm nummis à te acceptis depoſitum reddere voluerit : quamuis ſine mora [p] & incorruptum reddiderit.

# Digeſtorum ſeu Pandectarum Liber ſeptimuſdecimus.

## MANDATI, VEL contra.

### TITVLVS I.

Mandatum conſenſu contrahitur purè, in diem,& ſub conditione:& debet eſſe gratuitũ. Bart.

I. PAVLVS *libro trigenſimoſecundo ad Edictum*.

Obligatio mãdati conſenſu [q] contrahentium cõſiſtit:ideo per nũtiũ quoque vel per epiſtolã mãdatum ſuſcipi poteſt. Item ſiue *rogo*, ſiue *volo*, ſiue *mando*, ſiue alio quocũque verbo [r] ſcripſerit, mandati actio eſt. [ſ] Itẽ mandatum & in diẽ differri, & ſub conditione contrahi poteſt. [t] Mandatum niſi gratuitũ [u] nullum eſt.nã originem ex officio atque amicitia trahit. Contrarium ergo eſt officio merces. interueniente enim pecunia res ad locationem & conductionem potius [x] reſpicit.

Mandatum contrahitur modis hac.l.expreſſis. Bartolus.

II. GAIVS *libro ſecundo Rerum Cottidianarum,ſiue Aureorum*.

D Mandatum inter nos contrahitur,ſiue mea tantum gratia tibi mãdem,ſiue aliena tantũ, ſiue mea & aliena, ſiue mea & tua,

o *Non potuiſſet*.vt.C.de pactis.l.ſeruus.Sed nunquid in poſſeſſione ſaltem domino præiudicium fecit?Reſpon. non , licet in non quærendo faciat:vt.C.de acquiren.poſſeſ.l.fi.Accurſius.

P *otes*.] CASVS. Depoſui apud te rẽ:non vis reſtituere mihi niſi pecuniam pro reſtitutione tibi dẽ : an te conuenire poſſim ꝑ illa pe? Dicitur quod ſic,ſiue tu eſſes in mora,ſiue non : ſiue etiam incorruptam rem depoſitã reddidiſſes. Viu. Libr. 14. Baſilik. Tit. 1.

p *Sine mora*. quia ſtatim reddit accepta pecunia.ſed ad quid? Reſpõ. ad ipſam pecuniã: vt ſupra de condic. ob tur.cauſam.l.fi.& facit ad idem. C.de condic. ob tur.cau.l.fi.

MANDATI, vel contra.

*Mandatum eſt officium ab eo qui gratuito ſuſcepit exhibendum. licèt Pla. dicat,mandatum eſt officium honeſtum gratis ſuſceptum ab amico exhibẽdum. quod non valet:quia & de inhoneſta re ſit mandatum, licet non ſit obligatorium: vt infra eo.ſi remunerandi. §.rei. Item & non amicus ſuſcipit quandoque mandatum. Accurſius.*

*Quod à mandati actionibus nouum librum ordiatur, laudo. nam eæ ex conſenſu, ſuperiores ex re ipſa initium obligationi præbet. Ex harum cauſa condictio competit, non ex illarum: & eiuſdem cõditionis ſunt quæ ſequuntur. Pro ſocio, Empti venditi, Locati conducti. nam & ex conſenſu naſcuntur & concurrit cũ eis condictio. Cohærent digeſtáque ſunt omnia arte mirabili, nec tam ingenio Triboniani, quàm Iuliani, Hermogeniani & veterũ prudentum, quorum ille veſtigia ſecutus eſt, & qui aliam deſiderant vel comminiſcuntur artẽ, næ quam illi ſunt ineptiſſimi & impertiſſimi : nam neque quid ars ſit ſciunt, neque artem Digeſtorum aut principia certa iuris vlla perceperunt vnquam: ſuaues tamen ad ridendi materiam. Porrò mandatum eſt conuentio qua roganti fides datur procurandi aliquid ſine mercede. Et directa actio domino negotij datur, contraria procuratori. Cuiacius.*

f *Ad ſuum modum*.quẽ habet ſicut hominũ natura deſiderat.Ac.

g *Fraude*.id eſt lata culpa, quæ fraudi comparatur. vel dic fraude,ſcilicet præſumpta.

h *Minorem*.quàm debet: vt ſi in ſuis non eſt diligens vt alij homines.ſed quid ſi in ſuis eſt diligentiſſimus,in depoſitis eſt vt alij homines?Videtur eſſe in fraude:vt ibi.niſi tam &c.

i *Iis*.ſcilicet depoſitis.Ioan.

k *Diligentiam*.quæ adeſſe præſumitur,cũ res ſuas habeat ſaluas, alienis non apparentibus:vt.C.loc.l.j.& ſupra cõmo.l.ſi vt certo.§.quod verò ſenectute. & ſi abeſt bona fides, dolus ineſt, & econtra.nam contraria ſunt:vt.C.de reſcindenda venditione.l.ſi dolo. ADDITIO Pro intellectu iſtius gloſſ.diſtingue ſecundum Bartolum hîc,quia aut loquimur in rebus communibus, & tunc adhibere maiorem diligentiam in ſuis quàm in rebus communibus,nõ eſt fraus præſumpta:vt hîc,niſi ſit alia præſumptio quæ illam præſumptionem elidat,ſecundum eundem Bartolum.

S *Eruus*.] CASVS. Inter Seium & Titium quæſtio erat de pecunia Serui Titij:eam apud ſequeſtrum depoſuit, vt ei traderetur qui vinceret. ſi quis ergo vincat qua actione poterit conuenire ſequeſtrum? Et reſpon. quòd ad exhibendum, vt poſtea vindicet. Viuianus.

l *In ſequeſtre*.i.apud ſequeſtrum.Accurſius.

m *Incerti*.non depoſiti,cum non habeat ratum factum ſerui.

n *Ad exhibendũ*.ideo dicta incerti quia ad intereſſe meũ quis cõdemnatur:non autem in depoſitum cum non habeam ratum ſerui factum.

q Obligatio mandati conſenſu. Solo,nõ deſiderante adminicula verborum,ſiue rei,ſiue literarũ:vt inſti.de obli. quæ ex conſenſu.§.j.

r *Quocumque verbo*. ſimili & idoneo , nõ admonendo ſolũ:vt.j.eo.idẽ.§.ſi quis ea quæ. &.ſ.de neg.geſt.item & ſi ſerui. Itẽ nõ cõmendãdo tãtũ:vt.j.e.ſi verò nõ remunerãdi.§.cũ quidã. E Itẽ nõ tantũ exhortãdo:vt.ſ.de his qui no.infa.l.ob hoc.ibi,non em̃ qui exhortatur,mãdatoris opera fungitur.Itẽ nõ tãtũ perſuadẽdo:vt.ſ.depoſi.l.j.§.idẽ Põpo. Sed oportet ꝙ animo obligãdi interueniat,ſicut dicitur de proxeneta qui laudare videtur , nõ ſe obligare:vt.j.de proxe.l.ij.in ambiguis autem,ſicut in teſtamentis vel in contractibus, verbis inhærebo: vt infra de leg. iij. non aliter & ſupra de exer.l.j.§.ſi is qui nauem.

ſ *Actio eſt*.id eſt eſſe poteſt , ſi aliud non impediat.nam ſi de re turpi,licet aliquod tale verbum interueniat , non eſt actio vt infra eo.ſi remunerandi.§.rei.

t *Contrahi poteſt*.vt inſti.eo.§.mandatum.

u *Niſi gratuitum*.idem in procuratore ad litem:vt.C. de procura. litem.idem in tutore & curatore: quia & iſti mandatum habent vel à defuncto,vel à lege.Accurſius.

x *Potius*.electiuè.& regulariter eſt hoc,ꝙ quãdocũque cõtractus gratuitus

ſiue tua & aliena. Quòd ſi tua tā-tum gratia tibi mandem, ſuperuacuum eſt mādatum: & ob id nulla ex eo obligatio naſcitur.[a] Mea tantum gratia interuenit mandatum, veluti ſi tibi mandem vt negotia mea geras, vel vt fundum mihi emeres, vel vt pro me fideiubeas. Aliena tantùm, veluti ſi tibi mandem vt Titij negotia[b] B gereres, vel vt fundum ei emeres, vel vt pro eo fideiubeas. Mea & aliena, veluti ſi tibi mandem vt mea & Titij negotia[c] gereres, vel vt mihi & Titio fundum[d] emeres, vel vt pro me & Titio fideiubeas. Tua & mea, veluti ſi tibi mandem vt ſub vſuris[e] crederes ei qui in rem meam mutuaretur. Tua & aliena, veluti ſi tibi mandem vt Titio ſub vſuris crederes. Quòd ſi vt ſine vſuris crederes, aliena tantùm gratia interuenit mandatum. C Tua autem gratia interuenit mandatum, veluti ſi mandem tibi vt pecunias tuas potius in emptiones prædiorum colloces, quàm fœneres: vel ex diuerſo vt fœneres potius, quā in emptiones prædiorum colloces. cuius generis mandatum magis conſiliū eſt quàm mandatū: & ob id non eſt obligatorium: quia nemo ex conſilio[f] obligatur, etiam ſi non expediat ei cui dabatur: quia liberum eſt cuique apud ſe explorare, an expediat ſibi D conſilium.[g]

In mādato in determinato ſufficit negotium vtiliter eſſe geſtū: ſed ſi fuit determinatum in exceſſu vel deterioratione vel deminutione quantitatis in præiudicium mandantis, non datur actio mandati, niſi ad formam debitā reducatur. ſi in alia ſpecie excedatur mandatum non impletur. ſi verò ad commodum mandantis quantitatis deminutio fiat, mādati actionem non impedit. hoc dicit vſque ad.l.ſi remunerādi. Bartolus.

III. PAVLVS *libro trigenſimoſecundo ad Edictum.*

PRæterea in cauſa mādati etiā illud vertitur, vt interim nec melior[h] cauſa mādātis fieri poſſit interdum melior:[i] deterior verò nunquā.[k] Et quidē ſi mādaui tibi vt aliquā rē mihi emeres, nec de pretio quicquā ſtatui, túq; emiſti vtrinque actio naſcitur. Quòd ſi pretiū ſtatui, túque pluris emiſti: quidam † negauerunt[l] te mādati habere actionem, etiam ſi paratus eſſes id quod excedit remittere. namque[m] iniquū eſt, non eſſe mihi cum illo[n] actionem, ſi nolit: illi verò, ſi velit, mecum eſſe.

† Sabinus & Caſſius. Inſt. eo.§.4.

IIII. GAIVS *libro ſecundo Rerum Cottidianarum vel Aureorum.*

SEd Proculus * rectè eum vſque ad pretium[o] ſtatutum acturū C exiſtimat. quæ ſententia ſanè benignior eſt.

* Inſt. eod §. 4. verſ. diuerſæ ſcholæ.

V. PAVLVS *libro trigenſimoſecundo ad Edictum.*

DIligenter[p] igitur fines mandati cuſtodiendi ſunt. Nam qui exceſſit, aliud[q] quid facere videtur: & ſi ſuſceptū nō impleuerit tenetur. Itaque ſi mādauero tibi, vt domū Seianā centū emeres, túque Titianā emeris lōge maioris pretij, cētū tamē, aut etiam minoris: non videris impleſſe mandatū.[r] D Itē ſi mandauero tibi vt fundum meum centum venderes, túque eū nonaginta vēdideris, & petam fundū: non obſtabit mihi exceptio,[ſ] niſi & reliquum mihi quod deeſt mandatu meo præſtes,[t] & indemnem me per omnia conſerues. Seruo quoque dominus ſi præceperit certa ſumma rem vendere, ille minoris vendiderit, ſimiliter vindicare eā dominus poteſt: nec vlla exceptione ſummoueri, niſi indemnitas ei E præſtetur.[u]

gratuit⁹ fieri debet, interueniēte pecunia eſt locatio: vt inſt.e.§.fi.

a *Mandatum inter nos. Naſcitur.* nota ex cōtractu naſci obligationē: ex obligatione actionem: vt.s.de procu.licèt.§.ea. Itē hoc verū niſi alias facturus nō erat: vt.j.e.ſi remunerādi.§.planè. vel niſi fraudulētum fiat: vt.j.de reg.iur.l.cōſilij. Eſt & ſextus modus ſecundū Ioā. vt ſi mea & tua atq; aliena gratia tibi mando. Acc.

b *Negotia.* ex hoc mādato, eo ꝙ ſuſcepiſti, non quia geſſiſti, teneris: vt.j.eo.ſi remunerandi.§.j. Itē cū mea tātū ſit vtilitas, videtur ſolus dolus venire, quod quidā dicūt: vt.s.commo.ſi vt certo.§.interdū. ſed nos indiſtinctè dicimus eū de omnib⁹ teneri, niſi de caſu: vt C.eo.l.à procuratore. Itē quid ſi tibi mandē vt mihi pecuniam credas? Ioā. arg. ꝙ non tenearis.j.eo.ſi mādauero.§.ſi hi quorum.

Mādatarius de omnibus præter quā de caſu tenetur.

c *Negotia.* mirabiliter hæc tria exēpla ponit hîc & in ſuperiori caſu. Primū eſt, vt retineam quæſita. Secūdū, vt acquiram. Tertiū, ne vexer. ſed videtur hoc mādatū nullum in his tribus caſib⁹. cū enim nō interſit mea alij dari vel fieri: vt.s.de verb.oblig.ſtipulatio.§.alteri. ergo non datur actio vt.j.ſi procuratorē.§.ſi qs mādauerit. & ſic videtur loqui quando ad hoc tenebatur mādans. Vel dic, quamuis nō ſit vtile mādatū vt agatur cōtra te, ſi nō eſt geſtū: eſt tamen vtile vt agatur ſi male geſtū eſſet: & ideo directa & contraria competit: vt.s.de neg.geſt.ſi quis mādato. Accurſius.

d *Et Titio fundum.* ſ.certum. quid ſi incertū? Ar quod nō teneatur.j.de iur.do.cum poſt.§.gener.&.j.de teſta.tu.l.tutor incertus. Sed cōtra dicēdum eſt: quia & vbi pecunia ſine numero promittitur, non tenet: ſed ſecus in mādato: vt.j.e.l.preterea. Itē no. quod hoc caſu poteſt & mandati agi cōtra mandantē. & nego.geſt. contraria contra alium: vt.C.de neg.geſt.ſi mandatum.

e *Sub vſuris.* in hoc eſt vtilitas mutuantis propter vſurariū lucrū Sed cōtra.j.de vſur.l.cum quidam.§.ſi pupillo. in fi. Sed ibi debet ſubaudiri, tantū. Vel dic, non ſunt propter lucrum inductæ, ſcilicet principaliter, vt ibi: ſecundario tamen ſic: vt hîc.

f *Quia nemo ex conſilio.* Not. regulā quæ fallit in caſibus qui his legib⁹ dicuntur: vt.s.de dolo.ꝙ ſi cū ſcires.&.j.de proxene.l.ij. ſed certè ibi fuit fraudulentū cōſiliū: vt.j.de reg.iur.l.conſilij. itē fallit.s.ad.l.Aquil.liber homo.j.rñ.&.j.de iniur.l.non ſolū.in prin.&.§.Procul⁹.& inſti.de iniur.§.nō ſolum.&.j.quod vi aut clam.ſemp.§.j.&.j.de fur.ſi quis vxori.§.cū Titio.&.s.de ſer.corru.l.j.j.rñ.&.§.perſuadere. ſed hoc in maleficiis. Itē ſi aliàs facturus nō erat. aliàs obtinet hæc regula: vt hîc, &.j.eo.ſi remunerādi.§.planè. Sed certè nec his caſib⁹ videtur teneri: vt.j.eo.ſi remunerādi. A §.rei turpis. Sed dic nō tenetur illi cui cōſiliū tale præſtatur: vt ibi in.§.rei. ſed illi in cuius læſionē cōſulit: vt in illis legibus. vnde dici poteſt ꝙ nec his caſibus fallit dicta regula, eū dicat nō teneri. ſ. illi cui cōſiliū præſtitū eſt, niſi in caſibus illius legis, &.s.de dolo.ꝙ ſi cū.&.j.de ꝓxene.l.ij.& hîc not. ſimiliter: vt inſt.eo. itē facit hîc.§.ꝓ opi. Pla. quod dic: vt.j.eo.ſi remunerandi.§.planè. Accur.

Regula, nemo ex cōſilio tenetur, quandoque fallit.

g *Sibi cōſiliū.* poſtquam eſt ſuſceptū. ſed nō ſic in mandato: imò oportet perfici: vt.j.eo.ſi mandauero.§.fi. Acc.

h *Præterea in cauſa. Melior.* cum inuitis beneficium non detur. & da exemplum.j.eo.diligēter. ibi itaque &c.

i *Interdum melior.* vt.j.eo.diligenter.§.fi.

k *Deterior vero nunquā.* vt.j.eo.diligenter.§.itē ſi mandauero: &.§.ſeruo.&.s.de procura.l.ignoranter.

l *Quidam negauerūt.* ſed malè: vt.j.l.proxi.

m *Nāque.* mutat perſonas. de ſecūda em̄ trāſit ad tertiam in perſonam ꝓcuratoris: & eſt ſenſus, iniquū eſſet ꝙ ille expendat ad voluntatē ſuā, & ſemper totū repetat per actionē ſuā: ego autē non poſſim agere ad volūtatē meā: ſi ipſe. ſ. nō dat plus: & ſic nō poteſt emere: & ego nō poſſum eum inculpare. quod nō dedit plus. nā ſic claudicaret: quòd eſſe nō debet: vt.s.de arbi.ſi cum dies.§.pe. ideóque videtur ꝙ in nihilū agat. ſed Proculus &c.

n *Mihi cū illo.* Io. ſubaudi tantū. q.d. hoc eſſet iniquitas, ſi nolit expēdere plus quod nō tantū mihi, ſed etiā ſibi competit actio: ſibi ad pretiū, mihi ad rē: & ſic vtrique at altero caſu. ſ. ſi velit plus expendere, eſſet ſibi. ſ. remittendo reſiduū, & tenetur mihi. eo verò non remittente, nec me illud reſiduū offerēte, non tenetur mihi. Vel aliàs, iniquū eſt nō eſſe mihi cū illo ſi nolit: quia nō remittit, & ego non offero integrum. illi verò ſi velit. ſ. remittendo mihi, eſſe ad pretium: quod in idem recidit.

o *Sed proculus. Vſque ad pretiū.* ſed an pro eo quod eſt vltra, ſi vtiliter fecit? M. ſic. nos ſecūdū Io. & Bul. cōtra: vt.j.eo.ſi pro te &.C.de neg.geſt.l.fi.&.s.de neg.geſt.qui aliena.§.libertos.

p *Diligēter.* Quia nō repetit qđ vltra dedit, igitur diligēter &c. vt hîc, &.C.e.cū mādauero.&.j.eo.ſi qs ꝓ eo ſpopōderit.

q *Aliud.* no. qui excedit, aliud &c. vt hic, & infra ad Trebel. ſed & ſi antè. & ſupra de iureiur. ſi itaque. & ſupra de recep.arb. parui. in fi. Sed arg. contra ſupra quemad. ſer. amit. l. is cui.

r *Impleſſe mandatum.* quia non emiſti illam quam dixi.

ſ *Exceptio.* vt hîc, &.l.proxi.§.j.&.j.de excep.rei vendi.l.j.§.Celſus.&.j.quib.mo.pig.vel hypo.ſol.ſicut.§.ſed ſi promiſit.

t *Præſtes.* ſcilicet tu procurator, vel emptor.

u *Præſtetur.* ſupra.§.proxi.

a *Non vltra pretium*.vt in ſecundo caſu.Ioan.
b *Intra pretium*. vt in primo caſu. & facit infra de acquir. here. ſi quis mihi bona.§.ſed ſi mādauit.&.§.quod ſi ex parte.& inſti.eo. §.is qui exequitur.Sed quid ſi pluris emit,& lōgè plus acceſſerit. Reſpon.malè fecit:vt.ſ.in prin.huius.l.

m *Dandam.* in duobus malè videtur dicere hæc litera. Primò, E quia dat actionem filio ex eo quod prius fecit: cui eſt contra. infra de verbo. obliga. ſi filius. &. l. quidam. §. fin. & de reg. iur. l. quæ legata. in fi. Sol. aliud eſt in conditionali ſtipulatione quàm hîc. ex illa enim ideo non agit filius, quia ſublata ſtipulatione quæ fuit facta in poteſtate, filius ex euentu conditionis non ageret: ſed hîc etſi nullum præceſſiſſet mandatum, ageret tamen filius propter ſolutionem à ſe factam poſt emancipationem: vnde agit, ſi mandatum in poteſtate interceſſerit. hanc ergo regulam ſerua, vt in quocunque caſu filius emancipatus ageret, & ſi contractus tempore in poteſtate non fuiſſet, in eodem agit & ſi interceſſerit: alia tamen & alia actione. ad quod infra de verb. oblig. quidam. in fin. in quo verò non ageret ſi non præceſſiſſet contractus: in eodem non agit & ſi præceſſerit in alio. Secundò dicit malè hæc lex, quia datur in factum, imò vtilis mandati: vt infra de hered. inſtit. l. quidam. in fin. quæ eſt contra. Solu. in factum quæ eſt hîc, & vtilis quæ eſt ibi, eædem ſunt. Vel ſi ſint diuerſæ, non obſtat, ſi ambæ dentur in factum, cum ſit ex æqui-

tate vtraque. Item nota quòd licèt filio detur in factum, tamen contra eum datur mandati: vt.j.eo.l.penult.quæ eſt contra.

a *Rei vnius*. vt ſupra de procur.l.j.§.j.Accurſius.

b *Redderet*. id eſt daret. ſic infra de verbo.ſignifi.l.verbum reddendi.

c *Reddito*. id eſt ſoluto à liberto mandato patroni.

d *Libertus*. vt procurator.

e *Patrono donaſſe*. ſic ergo ratione primę liberalitatis, & hoc præſumitur. ſic & aliàs ratione pietatis, vel aliàs præſumitur donatio. & probatur his legibus ſupra de condict. inde. cum is.§.pec. & C.de dot. pro.l.fin.§. vtramq;. & de rei vxo. ac.§.accedit. Item ſupra fami.erciſ.quæ pater.&.C.fami.erciſ.filiæ. Item infra de leg. iij. vxori ſuæ.§.fin. & infra de do. inter vi. & vxo.l.vtrum. Item.C. de nego.geſt.l.iij.& ſupra de nego.geſt. Neſennius. Item.C. de don. cẽſualis.&.l.ſiue. Item ſupra ad leg. Aquil. ſi ſeruus ſeruum. §.ſi oliuam. Item infra de proba. cùm de indebito.§.ſi verò ab initio. &.l. Proculus. Sed argu. contra ſupra ad leg. Rho. de iac.l. ij.§.fin. &.l.qui leuandæ. j.reſpon. &.C.de don.l.nec ignorans. Accurſius.

f *Sed & ſi tuo pretio*. non tamen certo: quia tunc non deberem fines mandati excedere: vt ſupra eodem.l.iij.& l.diligenter.

g *Aliquid*. de meo.

h *Sumptum fecero*. vt ſupra eod. idémque.§. ſed & ſi ad vecturas. & infra eo. ſi mandato meo.§.ſi fideiuſſor. Accurſius.

i *Sed & ſi reum*. id eſt mandatorem. Accurſius.

k *Non releuauit*. quia pecuniam debebat ſine vſuris ille qui mandauit.

l *Et vſuræ abſunt*. quia accepit ſub vſuris, vel à debitoribus ſuis periit.

m *Fœnus*. id eſt pecuniam fœnebrem. Accurſius.

n *Et vſuras conſequi*. non ſolùm ſortem, & in totum. Sed contra infra de vſur.l.& in cõtraria. Solu. aliud in contraria nego. geſt. & aliud in mandati contraria ſecundum Ir.& B.ſed Ioan.&.R.idem: vt ibi dices.

o *Præſtabis*. per actionem man.conuentus: vt infra de ſol.Caſſius ait. creditor verò & furti, & neg.geſt.agit: vt ſupra de neg. geſt.ſi pupilli.§.ſi quis pecuniam.&.C.de furt.ſi is cui te.Azo.

p *Caſu*. id eſt in eo caſu, in quo,&c.Accurſius.

q *Si adoleſcens luxurioſus*. A iuuene & cupido credatur reddita virgo? quaſi dicat, non. ſecus ergo in maiore, quia tenetur: vt ſupra de in rem ver. l. iij.§.necnon. quæ eſt contra. Sed certè idẽ in maiore videtur: vt.j. pro empto. ſi quis cũ. ſed ibi protinus erat daturus ſcorto: vt ibi dicit. vel ibi erat ei interdictum bonis, vel non erat ſanæ mentis. vel non eſt bonæ fidei quantum ad vſucapionem. ſed ſi venditor eſt dominus, ſtatim erit dominus.& facit.ſ̃.eo. ſi remunerandi.§.rei. Verſus.

dicio experiuntur, qui mandatum ſuſceperunt, vtputa qui rerum vel rei vnius [a] procurationem ſuſceperunt.

**Vnus actus donationis facit aliã donationem præſumi. Barto.**

Inde Papinianus quærit, ſi patronus prædium quod emerat, pro quo pretij beſſem exſoluerat, iuſſerit liberto ſuo tradi vt ille reſiduum pretij redderet, [b] deinde reddito [c] pretio, vendenti fundum patrono libertus conſenſerit, trientis pretium an libertus poſſit repetere. Et ait, ſi mandatum ſuſcepit initio libertus, [d] non donatum accepit: contrario iudicio poſſe eum pretium repetere quod deductis mercedibus quas medio tempore percepit, ſupereſt. quòd ſi donationem patronus in libertum contulit, videri & poſtea libertum patrono donaſſe. [e]

**Procurator ad emendum poteſt repetere pretium quod ſoluit, & ſi aliquid amplius impendit. Bartolus.**

Si mihi mandaueris vt rem tibi aliquam emam, egóque emero meo pretio, habebo mandati actionem de pretio recuperando. Sed & ſi tuo pretio [f] impendero: tamen aliquid [g] bona fide ad emptionem rei, erit contraria mandati actio: aut ſi rem emptam nolis recipere. Simili modo & ſi quid aliud mandaueris, & in id ſumptum fecero. [h] nec tantùm id quod impendi, verùm vſuras quoque conſequar. Vſuras autem non tantùm ex mora eſſe admittendas: verùm iudicem æſtimare debere, ſi exegit à debitore ſuo quis, & ſoluit, cùm vberrimas vſuras conſequeretur. æquiſſimum enim erit rationem eius rei haberi, aut ſi ipſe mutuatus grauibus vſuris ſoluit. Sed & ſi reum [i] vſuris non releuauit, [k] ipſi autem & vſuræ abſunt: [l] vel ſi minoribus releuauit, ipſe autem maioribus fœnus [m] accepit vt fidem ſuam liberaret: non dubito debere eum mandati iudicio & vſuras [n] conſequi. & vt eſt conſtitutum, totum hoc ex æquo & bono iudex arbitrabitur. Dedi tibi pecuniam, vt creditori meo exſoluas. non feciſti. præſtabis [o] mihi vſuras, quo caſu [p] & à me creditor pecuniam debitam cum vſuris recepturus ſit. & ita imperator Seuerus Hadriano Demonſtrati reſcripſit.

**Qui fideiubet pro minore, actionem mandati non habet. Bartolus.**

Si adoleſcens [q] luxurioſus mandet tibi vt pro meretrice fideiubeas, ídque tu ſciens mandatum ſuſceperis, non habebis mandati actionem: quia ſimile eſt, quaſi perdituro [r] pecuniam [ſ] ſciens credideris. Sed & ſi vlterius directò mandauerit tibi vt meretrici [t] pecuniam credas, non obligabitur mandati, quaſi aduerſus bonam fidem mandatum ſit.

**Verba recommandatoria non obligant. Bartolus.**

Cùm quidam talem epiſtolam ſcripſiſſet amico ſuo, Rogo te, commendatum habeas Sextilium Creſcentem amicum meum: non obligabitur mandati, quia commendandi [u] magis hominis quàm mandandi cauſa ſcripta eſt.

**Si quis mutuetur filio non contra ſenatuſcõſultum Macedonianum, vel cùm de hoc dubitatur: tenetur mandati. Bartolus.**

Si quis mandauerit filiofamilias credendam pecuniam non contra ſenatuſconſultum accipienti, ſed ex ea cauſa ex qua de peculio vel de in rem verſo vel quod iuſſu pater teneretur, erit licitum [x] mandatum. Hoc amplius dico, ſi cum dubitarem vtrum contra ſenatuſconſultum acciperet [y] an non, nec eſſem daturus contra ſenatuſconſultum accipienti, interceſſerit qui diceret non accipere contra ſenatuſconſultum, & periculo meo crederet, bene credis: [z] arbitror locum eſſe mandato, & mandati eum teneri.

**Mandatum non poteſt interuenire pro eo quod eſt factum, ſed pro eo quod eſt fiendum. Barto.**

Si poſt creditam pecuniam mandauero creditori credendam, nullum eſſe mandatum rectiſſimè [a] Papinianus ait. Planè ſi vt expectares, nec vrgeres

r *Perdituro*. quo caſu non agitur: vt diximus ſupra de mino. l. quòd ſi minor. §. reſtitutio. Accurſius.

ſ *Pecuniam*. adoleſcenti.

t *Vt meretrici*. cui donare volebat, vt deſiderio eius poſſet ſatiari: quod non eſt prohibitum: vt infra de dona.l.affectionis. quę eſt contra. Ir.

u *Quia commendandi*. vt fiat honor verbalis, vt faciunt Bononienſes: vt.C. quod cum eo. l. fin. aliàs dicitur commendare. id eſt deponere: vt.j. de verb. ſignifi.l.commendare. & ſupra depoſiti.l.Lucius. Accurſius.

x *Erit licitum*. & ſic agitur mandati. ſecus ſi non ex tali cauſa: ſicut dicitur de fideiuſſore: vt ſupra ad Maced. ſi pater.§.non ſolùm.&.l.ſi quis patrẽ famil.&.l.pe.Accur.

y *Acciperet*. ſcilicet filiusfamilias. Accur.

z *Bene credis*. ſic ſupra de inſtito. l. cuicunq;. §.ſed & cum fullo. in fin.§.Accurſius.

a *Rectiſſimè*. Not. quia mandator accipitur tantùm ante obligationem, vt hîc, niſi in caſu quem ſubiicit, planè,&c.& infra eo.ſi mandauero tibi.§.interdũ.conſtitutor poſt tantùm, quia non poteſt fieri cõſtitutio niſi pro eo quod debitum eſt: vt.C. de conſtit. pe.l.ij.& obligatur nudo pacto tantùm: vt inſtitu. de act.§.de conſtituta. mandatarius ex conſenſu: vt inſtitu. de oblig. quæ ex conſenſu.§.j. fideiuſſor autem accipitur & antè, vt promitto quod iſti credes.& poſt: vt inſti. de fideiuſ.§.fideiuſſor.& verbis tantũ obligatur: vt inſtit. de fideiuſ. §.fi.

a] Bal. in.l. ob hæc verba. ſupra de his qui notan. infra.& Alex.in.l.Iulianus.ſ̃.qui ſatiſda. col. 2. col. idem Alex hic ad Bar. reputat iſtã gl.fin.eſt tamẽ ſimilis in auten. de fideiuſ. in prin. ſuper verbo fideiuſſorẽ. Bolog.

§.fi.&.C.de fideiuſ.l.blanditus.Itē conſtitutor in re aliena poteſt obligari, non fideiuſſor: vt ſupra de conſtit.pe.l.j.§.an poteſt.& infra de fideiuſ.Greçe.§.ſi quis ſtip.Item conſtitutor citeriori die obligatur,non fideiuſſor:vt ſupra de conſt.pe.l.ſed & ſi citeriori. & inſtitu.de fideiuſſ.§.item ſi ille.

a *Vel probari*. id eſt approbari.Accur.

b *Quōdam*.aliter ſi cōditionē, id eſt electionem adoleſcenti deferas:vt.ȷ̈.de admi.tu.cū quæritur.

c *Meo*.ſcilicet ex eo ꝙ ille non exegit.

d *Quia extinctum*. hæc non videtur bona ratio: vt infra eod. inter cauſas. in princ.&.l.ſi præcedēte.ſed ibi præceſſit in procuratione quanquā reuocata:hîc contra, vel ibi morte, hîc expreſſē.eſt tamen pro ea ſupra titu.j.l.j. §.antepe.&.C.e.ſi pater tuus.Accur.

e *Mandati agere*. vt fiat monumētum: imò de dolo.& ſic ceſſat mandatum: vt ſupra de relig.& ſumpt.fun.at ſi quis.§.ſicut.quæ eſt cōtra.Sol.vt ibi.

f *Si ſua*. ſcilicet mandatarij.

g *Mandati*. contra heredem.

h *Pecunia*. defuncti exprimendo, non pecunia procuratoris.& ſic in vita mādantis fieri debuit: & ſic ceſſat mandati morte extincta eo mādatario ſciēte.Sed hoc caſu huius.§.quomodo faciet ſi non habet pecuniam? Reſpon.aget,ſed reuocari poteſt re integra, non aliàs.Accur.

i *Faceret*. ſcilicet ſtatim.

k *Pecuniam*. mandantis:vt innuunt ſequentia.

l *Parauit*. qualiter videatur parare,habes.ȷ̈.de poſ.l.j.§.cœpiſſe.& ad idem ſupra de condic.ob cau.l.ſi pecuniā.Sed quid ſi res eſt integra & heres reuocat?Videtur quòd poſſit:& maximè,abūdat. Vel eſt ſpeciale in monumento:arg.ſ̈.de reli.ſi quis ſepulchrum. §.hoc edictum.Accur.

debitorem ad ſolutionem, mandauero tibi vt ei des interuallum, periculóque meo pecuniam fore dicam: verum puto omne nominis periculum debere ad mandatorem pertinere. Idem ait, ſi tutor mandet ſuſcipi vel probari [a] nomen quod fecerat, teneri eum mandati, ſcilicet quondam [b] pupillo ſuo, vel curatori eius.

**Mandatum poteſt reuocari ad petitionem mandantis. Bartolus.**

Si mandauero exigendam pecuniam, deinde voluntatem mutauero, an ſit mandati actio vel mihi, vel heredi meo? [c] Et ait Marcellus ceſſare mandati actionem, quia extinctum [d] eſt mandatum finita voluntate. Quòd ſi mandaueris exigendam, deinde prohibuiſti, exactámque recepiſti, debitor liberabitur.

**Mandatum quod refertur poſt mortem, non finitur morte. Item mandatarius poteſt agere vt ſibi detur pecunia pro executione mādati neceſſaria. Bartolus.**

Idem Marcellus ſcribit, ſi vt poſt mortem ſibi monumentum fieret quis mandauit, heres eius poterit mandati agere. [e] Illum verò qui mandatum ſuſcepit, ſi ſua [f] pecunia fecit, puto agere mandati, [g] ſi non ita ei mādatum eſt, vt ſua pecunia [h] faceret [i] monumentum. Potuit enim agere etiam cum eo qui mandauit vt ſibi pecuniam [k] daret ad faciendū, maximè ſi iam quædam ad faciēdum parauit. [l]

XIII. GAIVS *libro decimo ad Edictum Prouinciale.*

IDem eſt & ſi mandaui tibi vt poſt mortem meam heredibus meis emeres [m] fundum.

**In emptorem hereditatis non tranſeunt actiones, niſi quæ tunc temporis competebant. Bart.**

XIIII. VLPIANVS *libro trigeſimoprimo ad Edictum.*

HEredem fideiuſſoris, ſi ſoluerit, habere mādati actionem

Mandatum non ſemper finitur morte.

m *IDem eſt. Emeres.* Et ſic no. quòd non finitur mandatum morte.ſed contra infra eo.inter cauſas.&.l.ſi quis.§. morte. Sol. hîc actum fuit vt duraret.Item contra infra de le.ij.cum pater. §. Mæuia.Sol.ibi fuit mandatum vt fieret in vita mandantis, ideoque finitur.Item contra.ȷ̈.de ſol.l.ſi.in ſi.l.ſed ibi licèt ſit dictum vt poſt mortem fiat:non tamen intereſt heredum fieri, imò non fieri,quia ſic debitorem amitterent:hîc autem &.§. ſuperiori expedit heredibus finiri mandatum.Accurſius.

HEredem.] CASVS. Si fideiuſſi pro te, & deceſſi herede relicto:ſi heres ſoluat,an habeat actio mādati?Reſpon.quòd



ſic.Sed quid ſi hereditatem in qua erat inſtitutus,vendat, & emptor ſoluat:an heres habeat man.act?Reſpon.quòd ſic.[SI FIDEIVSSORI.]Si duo extēt heredes fideiuſſori, & vnus partem alterius emit,& ſoluerit,an habeat man?Et reſpon.quòd ſic, ſed partim nomine ſuo,partim coheredis, quia habet eū obligatum ex empto, vel ex ſtipulatu,quia promiſit ceſſurū quicquid nomine hereditatis ad ſe perueniret, vt præſtet eum indemnem, & cedat actionem mandati.Vi.

dubium non eſt. Sed ſi vendiderit [n] hereditatē, & emptor ſoluerit: an habeat [o] mandati actionem, quæritur. Et Iulianus libro tertiodecimo ſcribit, idcirco heredem habere mandati actionem, quia tenetur [p] iudicio ex empto, vt præſtet actiones ſuas: [q] idcircóque competere ex empto actionem, quia poteſt [r] præſtare. [ſ] Si fideiuſſori duo heredes extiterint, & alter eorum à coherede emerit hereditatem, deinde omne quod defunctus fideiuſſerat, ſtipulatori [t] ſoluerit: [u] habebit aut ex ſtipulatu [x] aut ex empto obligatum coheredem [y] ſuū. idcirco is *mandati actionem habebit. [z]

**Reuocatio mandati non præiudicat procuratori, ſi ad eius notitiam non peruenerit. Baldus.**

XV. PAVLVS *libro ſecundo ad Sabinum.*

SI mandaſſem tibi vt fundum emeres, poſtea ſcripſiſſem ne emeres, tu antequam ſcias me vetuiſſe, emiſſes: mandati tibi obligatus †ero: [a] ne damno adficiatur is qui ſuſcipit mandatum.

**Si mandaſti mihi vt ædificem ad vtilitatem tertij: in tantū competit mihi contra te actio, in quantum intereſt mea. Bartolus.**

XVI. VLPIANVS *libro trigeſimoprimo ad Edictum.*

SI quis mihi mādauerit in meo aliquid facere, * [b] & fecero: quæſitum eſt an ſit mandati actio. Et ait Celſus libro ſeptimo digeſtorum hoc reſpondiſſe ſe, cùm Aurelius [c] Quietus hoſpiti ſuo medico mandaſſe diceretur, vt in hortis eius [d] quos Rauennæ habebat, in quos omnibus annis ſecedere ſolebat, ſphæriſterium [e] & hypocauſta, [f] & quædam ipſius [g] valetudini apta, ſua impenſa faceret. Deducto igitur quantò ſua ædificia pretioſiora feciſſet, quod amplius impendiſſet, poſſe eum mandati iudicio perſequi. [h]

n *Sed ſi vēdiderit*. heres fideiuſſoris.

o *Habeat*.heres qui vēdidit.

p *Quia tenetur*. ſimilis ratio redditur.ſ̈.eo.ſi procuratorē.§.ſi quis mandauerit.& infra de fideiuſ.cum is qui.& facit ſupra eo.l.ſi procuratorem.§.ſi liber.

q *Actiones ſuas*. ſcilicet mandati. Sed cur emptor iſte non habet vtilem actionem, quæ directò competit venditori: vt.C.de here. vel actio.vē.l.emptor? Rñ.quia venditori nō competebat tēpore cō tractus, ſed incipit ea poſtea competere.

r *Quia poteſt*.Nota duo quorum quodlibet eſt cauſa alterius.

ſ *Præſtare*. actionem mandati.Azo.

t *Stipulatori*.id eſt creditori.

u *Soluerit*.ſ.emptor, idémque coheres.

x *Ex ſtipulatu*.id eſt ſtipulatione empti & vēditi.infra de verb.ſign. cum ſtipulamur.

y *Coheredem*.vt pręſtet eum indemnem ratione partis: aut cedat actionem mādati: vt qđ iuris fuit in toto quo ad totum, vt.ſ̈.proxi. reſpon.idem ſit in parte quo ad partem:vt.ȷ̈. de vſu.l.quid ſit.Acc.

z *Habebit*.ſ.facta ceſſione.& ſic partim ſuo nomine, partim iure ceſſo aget:vt.ſ̈.fa.er.l. iiij.in ſi.Vel dic coheres,idémque venditor.

SI mandaſſem.] CASVS. Mandaui Titio vt mihi pratū emeret pro.c.poſtea me pœnituit, & mandatū reuocaui, ſed antequā ſciret Titius me pœnituiſſe, iā emerat: an habeat mā. actionē? Dicitur ꝙ ſic.

* ait.

† Facit gl. in c.ex parte decani. ſuper verb. dicebant. in medio extra de reſcript.

*Græciſm*. Ant. Aug. lib.2.c.1.

a *Ero*.facit inſt.eo.§.itē ſi adhuc.&.ȷ̈.de manumiſ.vin.ſi pater.

b *SI quis mihi.Facere*.propter vtilitatem mandantis.Azo.

c *Aurelius*.infirmus quidam fortè.

d *Eius*.ſcilicet medici.

e *Sphæriſterium*.id eſt, [a] locus amœnus herbis.

f *Hypocauſta*.ab hypo,quod eſt ſub, & ſteron quod eſt ſtatio,id eſt ſubterranea ſtatio in æſtate bona.

g *Ipſius*.Aurelij,ſecundum Azo.

h *Perſequi*.ſic ergo in re ſua tenet mandatum hoc caſu, quia pro

a] Sphæriſtorium, loc⁹ eſt in primis ad exercitiū pilæ deputatus, ſed et locus in balneis, in quo veteres frictiones ſuas & varia exercitationū genera faciebant.Hypocauſtū autē, vaporarium eſt, quia vaporādis cubiculis adhibetur.

Actio ſuperueniens pendente iudicio ex cauſa de pręterito, prodeſt actori ad condemnationem. Baldus.

XVII. PAVLVS *libro ſeptimo ad Sabinum.*

SI mãdauero tibi vt à Titio decem exigeres, & antè exacta ea mandati tecum egero: ſi antè rem iudicatam exegeris, condemnandum te eſſe conſtat. [a]

XVIII. VLPIANVS *libro quadragenſimo ad Sabinum.*

QVi patitur ab alio mandari vt ſibi credatur, mandare intelligitur. [b]

Ex facto ſerui non debet cogi dominus ſeruum recipere, quem ſeruum voluit dominus in perpetuum alienare. Baldus.

XIX. IDEM *libro quadragenſimotertio ad Sabinum.*

SEruus meus ſi de ſemet emendo mandarit, * vt redimatur: Pomponius eleganter tractat, an is qui ſeruum redemerit, [c] vltro conuenire poſſit venditorem vt ſeruum recipiat: quoniam mandati actio vltro citroque eſt. [d] Sed eſſe iniquiſſimum Põponius ait, ex facto [e] ſerui mei cogi me ſeruum recipere, quem in perpetuum alienari volueram. Nec magis in hunc caſum debeo mandati teneri, [f] quàm vt eum tibi venderem.

Mandatarius non debet ſentire lucrum, nec damnum. Baldus.

XX. PAVLVS *libro vndecimo ad Sabinum.*

EX mandato apud eum qui mandatum ſuſcepit, nihil remanere oportet: [g] ſicuti nec dãnum pati debet ſi exigere fœneratam pecuniam non potuit. Fideiuſſori negotiorum geſtorum eſt actio, [h] ſi pro abſente [i] fideiuſſerit. Nam mãdati actio non poteſt competere, cùm non anteceſſerit mandatum.

Ille tantùm tenetur mandati, cuius mãdatum quis fuit ſecutus, ſiue vnus, ſiue plures ſint: nõ alius. Bartolus.

XXI. VLPIANVS *libro quadragẽſimoſeptimo ad Sabinum.*

CVm mandatu alieno pro te fideiuſſerim, [k] non poſſum aduerſus te habere actionẽ mandati: quemadmodum qui alienũ mandatum intuitus ſpopondit. [l] Sed ſi nõ vtique vnius, ſed vtriuſque mandatũ intuitus id fecerim: habebo mandati actionem etiam aduerſus te: quemadmodũ ſi duo mihi mãdaſſent vt tibi crederem: vtrumque haberem obligatum. [m]

Qui fideiubet, vel ſoluit antè diẽ, non poteſt agere niſi adueniente die. Bartolus.

XXII. PAVLVS *libro trigenſimoſecundo ad Edictum.*

SI mandauero tibi vt pro me [n] in diẽ fideiubeas, túque purè fideiuſſeris, & ſolueris: vtilius reſpondebitur interim non eſſe tibi mandati actionem, ſed cùm dies venerit. Item tractatũ eſt, ſi cùm in diem [o] deberem, mãdatu meo in diem fideiuſſeris, & antè diem ſolueris: an ſtatim habeas mãdati actionem. Et quidam putant præſentem quidẽ eſſe mandati actionem, ſed tanti minorem, [p] quãti mea interſit ſuperueniente die ſolutum fuiſſe. Sed melius eſt dici, interim nec huius ſummæ mandati agi poſſe, [q] quando nonnullum adhuc commodum meũ ſit, vt nec hoc [r] antè diem ſoluam.

Quando mandatum reſpicit commodum meum & alienum: oritur actio mandati. Bartolus.

vtilitate mandantis: vt & infra eo. ſi mãdauero. §. interdum. &. §. Iulianus. aliàs contra: vt ſupra eo. l. ij. §. fi.

a SI mandauero. Conſtat. facit ſupra de pig. act. l. ſi rem alienam. §. fin. & ſupra de pec. quæſitum. j. reſpon. præcedebat enim contractus: vt ſupra de iud. l. non poteſt.

QVi.] CASVS. Te pręſente & non contradicente mandaui Titio vt tibi. x. daret, ĩtelligeris mihi mãdaſſe vt Titio mãdem, & teneris mihi mandati.

b *Intelligitur.* non dicas creditori, quia tunc ex mutuo teneretur, & ſic ceſſaret mandati: vt ſupra eo.. idémque. §. ſi quis Titio. ſed intelligitur mãdare mandanti vt mandet. Et no. patientiam pro conſenſu haberi. & hoc ideo, quia ſpectat ad vtilitatem eius qui patitur. ſecus ſi patior rẽ meam vendi vel donari: quia etſi contradicerem, tamen poſſet hoc fieri: vt infra de re iudi. l. ſæpe. niſi ratio affinitatis intercedat: vt infra de dona. inter vi. & vxo. ſeruus communis. vel dominij, vt ſupra de noxa. l. iij. &. iiij. Accurſius.

Patientia pro conſenſu habetur.

* Flo. mandaret.

c SEruus. Redemerit. id eſt emerit.

d *Eſt.* id eſt eſſe ſolet. hîc enim nõ eſt, vt hac lege ſubiicitur: & infra eo. l. cũ ſeruus. Accurſius.

e *Ex facto.* ſimilis ratio ſupra de eo per quem fac. eſt. l. ij. in fin. & eadem ratione nec ego agere debeo, vt recipiã ſecũdùm Pla. nos contra: vt not. C. ſi ſeruus extero.

f *Teneri.* vt recipiam. Accurſius.

g EX mandato. Oportet. No. procuratorem omnia debere reddere, & nil lucrari: vt hîc, &. s̃. eo. idem. §. j. ij. &. iij. ſic & geſtor negotiorum: vt ſupra de nego. geſt. l. Pomponius. in fi. ibi, quemadmodum, &c. & . l. ſi autem. §. item ſi. idẽ in poſſeſſore hereditatis: vt ſupra de pet. her. l. & ancillarum. in fi. & . l. ſeq. & . l. ſi rem. in fi. Idem in præſide, vel iudice: vt in authen. de man. prin. §. oportet. col. iij. & in authen. iuſiurandum quod præ. §. & primum. col. iij.

Procurator omnia reddere debet.

h *Actio.* niſi interceſſerit animo donandi: vt ſupra eo. l. ſi remunerandi. §. ſi paſſus.

i *Si pro abſente.* ſecus ſi pro præſente: vt. C. eo. ſi fideiuſſor. & infra eo. qui fidem.

CVm mandatu.] CASVS. Mandauit Titius vt pro te fideiuberem: ipſe, non tu, mandati tenetur. hoc in prima. Sed ſi vterque mandauit, vterque mandati tenetur.

k *Fideiuſſerim.* animo donandi.

l *Spopondit.* nolens in ſe transferre obligationem: vt à primo caſu differat.

m *Obligatum.* vt infra eo. l. antepe. §. duobus. & fa. ſupra de neg. geſt. l. iij. in fi.

SI mandauero.] In princip. litera eſt plana. CASVS. ergo in. §. interdum. ſic ponitur: debitor tuus delegauit tibi debitorem ſuũ periculo ſuo, hoc eſt quanto minus conſequereris à delegato, quòd reciperes à delegante: tenetur man. cùm mihi mandauit debitorem ſuum recipere. ſuum enim negotium geritur. Idẽ ſi fideiuſ. tibi mandauit, vt cum debitore ſuo ageres. [SI HI.] Obligaui res meas Titio. auctoritate iudicis ſubhaſtatæ ſunt. mandaui Seio vt res illas emeret. an valeat mandatum? Et reſpon. quòd ſic, licèt aliàs in re mea quò ad perſonã meã nulla ſit emptio. [IVLIANVS.] Deceſſit Titius pluribus heredibus relictis. mandaui vni here. vt partem ſuam & aliorũ mihi emeret. ſi de pecunia ſua ſoluit: quęritur, an ſim ei obligatus, & ipſe mihi? Et reſpon. quòd ſic: & ſi nolit mihi heredi. reſtituere, ſoluam tibi prætium. [SI MANDAVERIM.] Debebas mihi. x. mandaſti ſeruo tuo vt mutuã pecu. acciperet, & mihi ſolueret. ſi ſoluat, an habeã man. actio. contra te? Et diſtingue, aut ſoluit nomine meo immediate, & accepit nomine tuo: aut non. in primo caſu liberaris, & teneor mand. ſecundo caſu non. [FVGITIVVS.] Seruus meus qui fugerat, emit ſeruos, & Titius quidam illos recepit. dicitur quòd habeo ac. mand. contra Titium, ſi voluntate ſerui mei recepit. ſi autem non, habeo actio. ex empto. [SI CVRATOR.] Titius debitor multorum creditorum cum eſſet, ceſſit bonis abſens: creditores qui erant præſentes, ordinauerunt curatorem, qui bona diſtraxit. ſi vendidit, neque creditoribus ſatisfecit: qua act. teneatur, quæritur. Et reſpõ. quòd præſentibus actio. man. abſentibus, ſi eorũ nomine fecit, neg. geſt. actio. & hoc in prima. Si verò non contemplatione abſentium, ſed tantum pręſentiũ mandatũ ſecutus diſtraxit: abſentes eum neg. geſt. non habebũt obligatũ, ſed eos qui mãdauerũt: vel ſi ſe ſolos crederẽt creditores, actio. in factũ, ſi ipſi ſimiliter contẽplatione abſentiũ mandauerũt. hoc in ſecũda. [SICVT.] Eſt in poteſtate cuiuſlibet mandatũ ſuſcipere: ſed ſi ſuſceperit ſemel, neceſſe habet implere, niſi cõtradixerit ſine læſione mandantis. deinde ponit quibus caſibus quis nõ cogitur mandatũ ſuſceptum implere. Viuia.

n *Vt pro me.* qui nihil debeam, vt differat à ſequenti caſu. & hîc in fideiubendo & ſoluendo deliquit infra in ſoluendo tantum, quod in idem recidit.

o *In diem.* ſcilicet eſſe ſoluendo in Paſcha, &c.

p *Minorem.* ſcilicet eſſe mandati actionem. Accurſius.

q *Agi poſſe.* vt hîc, &. j̃. ad. l. Fal. l. in. l. Fal. non habetur. Sed contra. j̃. ſol. ma. ſi conſtãte. §. quotiens. Sol. maritus præciſè non habet beneficiũ dilationis, ſed ita demũ ſi ſatiſdet: cùm ergo nõ ſatiſdat, amittit beneficiũ, ſed relinquitur interuſurium. Item arg. contra ſupra ad Velleia. l. aliquando. §. ſed ſi ſub conditione.

r *Vt nec hoc.* non ſolùm ſuperiori caſu.

*Vtilem*

a *Vtilem*.id eſt efficacẽ.ſimilia exempla ſunt.ſ.eo.l.ſi quis mihi. &.l.ſi verò non remunerandi.§.ſi poſt creditum.in fin.§.Accur.
b *Et illius*.ſcilicet mandãtis.& ſic quod minus conſequar à reo, à fideiuſſore petam mandante per actio nem mandati: & ſic ex mandato.hîc proximo agitur. Sed contra.ſ.de procu.licet.§.ea. ſol. vt dices infra eo.ſi mãdato.§.fi. Sed nonne hoc mandatum eſt ſuperuacuum, cum & ſi interueniret, ſuo tamen periculo ageretur? Item bis idẽ promiſit, ergo ſemel tantùm tenetur: vt infra de verb.obli.l. qui bis. ergo non datur actio: vt ſupra eo.l.ij.§.j: Reſpon. non eſt ſuperuacuũ, quia & circa præſcriptionem prodeſſe poteſt, quæ licèt primã actionem ſuſtulerit, ſecundam tamen nondũ peremit. Item quãtum ad impendia litis quæ veniũt in hac actione: vt.ĵ.eo.inter.§.impendia. nec vna obligatio vel actio per aliam tollitur: vt.ĵ.de fideiuſ.l. ſi heres.§.non eſt.

A actio videtur danda, quia ad intereſſe competit: vt ſupra eo. ſi procurator.§.mandati. Alij verò dari non intereſt mea: vt infra de verbo.oblig.ſtipulatio.§.alteri.ideóque ceſſat mandati. Quid ergo eſt quod hîc dicit? Reſpon. non eſt ita.poteſt enim eſſe, vt cui velles ex cognatis meis tradere, ſuſcepiſti mandatum, quod eſt obligatoriũ, quaſi interſit mea ſaltem ratione affectionis, cuius habetur ratio in bon. fid. iudi. vt infra eo. l. cùm ſeruus. j. reſpon. & hoc ſi ita habetur litera, cui velles, &c. Si autem ita côtineatur, vt quæ velles, &c. plana eſt, quia tunc illius pecuniæ dominiũ videtur in eum tranſlatum: & ad tantundem eſt obligatus, ſicut eſt in mutuo: vt ſupra ſi cer.pet.l.ij.j. reſpon.& §. appellata. ſi verò vt dares Titio, tibi tradidi (vt fuit in primo caſu) quæritur dominiũ Titio, & ſtatim, ſi eius eras procurator, vel ratihabitione interueniente: vt.ĵ.de donat. qui mihi. & ſupra de nego.geſt.ſi ego. vnde datur actio mandati, & etiam furti ſi interſit mea illi dari: ſed illi datur actio furt.& dic vero, ſcilicet domino: vt. C. de furtis. l. ſi is cui. Sed quomodo tã contrariæ dantur: vt. C.de fur.l.j.quę eſt côtra? Sol.ibi impediuntur ratione contrarietatis, quia actio furti ibi intendebatur: quia pecunia contra domini voluntatem erat côtrectata.mandati verò, quia ſecũdum eius arbitrium. & ſic ſunt côtrariæ, vt ibi. hîc autem bene fuit accepta pecunia ſecundum domini voluntatem, ſed quia eam retinuit poſtea contra domini voluntatem, nec ei cui debuit ſoluit, tenetur manda.& furti.

Interdum euenit vt meum negotium geram, & tamen vtilem [a] habeam mandati actionem: veluti cum debitor meus periculo ſuo debitorem ſuum mihi delegat, aut cùm rogatu fideiuſſoris cum reo experior. Nam quamuis debitum meum perſequar, nihilo minus & illius [b] negotium gero. igitur quod minus ſeruauero, côſequar [c] mandati actione.

**Valet mandatum de re mea emenda à tertio de iure vendente. Bartolus.**

Si hi quorum res veneunt quas pignori dederunt, ſuppoſuerunt emptores, & eis emendas res mandent, mandatum intelligitur, [d] licèt quantum ad meram rationem mandatum non conſiſtat. * Nam cùm rem tuam [e] emas, nulla emptio eſt in tua perſona rei tuæ. [f]

**Conſiſtit mandatum de re emenda, quæ eſt mandatarij pro parte. Bartolus.**

Iulianus ſcripſit, mandati obligationem conſiſtere etiam in rem eius qui mandatum ſuſcipit, ex eo maximè probari, quòd ſi pluribus heredibus vendentibus, [g] vni mandauero vt rem hereditariam emeret: [h] etiam pro ea parte qua heres ſit, obligatur mandati actione, & obligat. Et ſanè [i] ſi ille propter hoc extraneo rem non addixerit, quòd mandatum D ſuſceperat: ex bona fide eſſe, præſtari † ei pretium quanti vendere poterat. Et contra, ſi emptor ad emptionem rei ſibi neceſſariæ idcirco non acceſſerat, quòd heredi * præcepiſſet ſe [k] ei [l] empturum: æquiſſimum eſſe mandati iudicio præſtari quanti eius interfuit emptam rem habere.

**Qui retinet ea quæ ſunt iuriſgentium, ex contractibus iuriſgẽtium habet actionem ciuilem. Bartolus.**

Is cuius bona publicata ſunt, mãdare alicui poteſt [m] vt ea emat: & ſi emerit, vtilis [n] erit mandati actio ſi non præſtet fidem. quod ideò receptum eſt, quia publicatis bonis, quidquid poſtea adquiritur, non ſequitur [o] fiſcum.

**Mandatum rei turpis nullum eſt. Bartolus.**

B Qui ædem [p] † ſacram ſpoliandam, hominem vulnerandum, occidendum, mandatum ſuſcipiat, nihil mandati iudicio conſequi poteſt, propter turpitudinem mandati. [q]

**Qui rem in vſus ſuos citra formam mandati conuertit, etiam furti tenetur: & non poteſt quis eligere ſeipſum. Bartolus.**

Si tibi centum dedero, vt ea Titio dares, túque non dederis, ſed C conſumpſeris: & mandati & furti teneri te Proculus ait: aut ſi ita dederim, vt quæ velles [r] dares, mandati tantummodo.

**Solutio facta de pecunia creditoris, vel eius nomine accepta, nõ liberat debitorem. Bartolus.**

Si mandauerim ſeruo tuo, vt quod tibi debebam, ſolueret meo nomine: [f] Neratius ſcribit, quamuis mutuatus ſeruus pecuniam, rationibus tuis quaſi à me receptam intulerit, tamen ſi nummos à creditore non ita [t] acceperit vt meo nomine daret, [u] nec liberari me, nec te mandati mecum acturum. [x] Quod ſi ſic mutuatus ſit vt pecuniam meo nomine daret, [y] vtrumque [z] contra eſſe: nec referre, [a] alius quis, [b] an idẽ ipſe ſeruus nomine tuo quod pro me ſoluebatur acceperit. & hoc verius eſt: quoniam quotiẽs ſuos nummos accipit creditor, non contingit liberatio [c] debitori.

**Si res empta à ſeruo alteri eius mandato traditur, venditor liberatur, aliàs ſecus. Bartolus.**

E Fugitiuus meus cum apud furem eſſet, pecuniam adquiſiuit, &

* Flo. conſtitit.

c *Conſequar*. à delegato in primo, & à debitore in ſecundo.

d *Mandatum intelligitur*. de æquitate, vt ſtatim innuit, & probatur. infra proxi.§. & in §.is cuius. & ſupra eo. l. ſi quis mihi. & infra eo.ſi fundum.

e *Tuam*.debitor.& de tertia ad ſecũdam perſonam tranſit.

f *Rei tuæ*. vt hîc, &.ſ. de pign. act.l. debitor. & infra de contrahen. empt. ſuæ rei. ſed per alium ſic: vt hîc dicit, & infra quæ res pign. ob.l.Ariſto.in fin.&.ſ. de pact. l. epiſtola. §.ſi inter.Accurſius.

† Flo. præſtare.

g *Vendentibus*. id eſt vendere volentibus.

* heres recepiſſet.

h *Emeret*.ſcilicet mihi.

i *Et ſanè*: ecce exemplum qualiter ille contra me agit.

k *Se*. ſcilicet heredẽ.

l *Ei*.ſcilicet mãdanti. licèt quidã dicant hæc eſſe verba mandatarij, ſignificantis ſe ei emp. &c.& facit infra de côtrahen.empt.in modicis. Accurſius.

† Sunt qui putent ſub audiri,ad.

ſ *Meo nomine*. ſcilicet vt in peculio haberet. Azo. & facit ſupra ad Mace.ſi pater.§.j.

t *Ita*. quia neuter hoc geſtiuit.Accurſius.

u *Meo nomine daret*.nõ vt haberet in peculio, ſed vt meo nomine daret, etiam hoc non expreſſo in ſoluendo, quia mihi per eum quæſitum eſt dominium, vt.ĵ.de acquir.poſ. l.j.§.hæc quæ de ſeruis.&.§.per procuratorem.

m *Alicui poteſt*. vt infra de Public.l.cotem.§.eam.

n *Vtilis*. id eſt efficax: vt ſupra ea.l.§.ſi hi quorum.Accurſius.

o *Non ſequitur fiſcum*. imò contra: vt.C.de bo.proſ.l.deportati. quæ eſt contra.Sol.hîc propter illicitam negotiationem fuit deportatus: ibi ratione delicti, ſecundùm quoſdã. Azo.dicit idem in vtroque: vt.C.quæ res ven.non poſ.l.j.& ſoluit, quia retinet propria, vt hîc: non tamen habet in eis heredem: vt ibi: ſed eo mortuo publicantur: vt ibi dicit.vel dic quòd hîc corrigitur.

p *Qui ædem*. facit ſupra eo.ſi remunerandi.§.rei turpis.

q *Mandati*. vt.ſ.eo.l.ſi verò non remunerandi.§.dedi.Accur.

r *Vt quæ velles*. quidam libri habent, cui velles.alij, quæ velles. ſecundùm primam cùm dedi vt cui velles dares, in te tranſtuli dominium: ideoque non habeo furti actionem, ſed nec mandati

x *Mecum acturum*. vt libereris ab actione de peculio qua teneris creditori à quo mutuum fuit acceptum.Azo.

y *Daret*. vel mutuans, vel ſeruus: vt in.l.qui mihi. ĵ. de dona. ſcilicet tempore accepti mutui.

z *Vtrumque*. & me liberari, & teneri mandati.

a *Referre*. ad primũ caſum ſe refert.& dic, ſiue libero mandẽ, ſiue ſeruo tuo, vt quod tibi debeo ſoluat, & accipiat tuo nomine mutuum.& ſupple, & tu habeas ratũ: & ſic eſt facta tua pecunia.

b *Quis*. ſcilicet liber homo.

c *Liberatio*. vt hîc, & infra de act. empt.l. ex empto.§.j.& ſupra

eō.ſi procurator. §. ſi liber. niſi ſciens eos accipiat: vt ſupra depoſi.l.j.eleganter. Accurſius.

a *Titius*. ſcilicet quidam tertius voluntate ſerui.

b *Rogatu ſerui*. ſcilicet quidam amicus ſerui.

c *Ex empto*. ſcilicet tantùm. quaſi dicat non mandati. Accurſius.

d *Agere*. videtur ergo venditor nō liberatus. & ſic eſt contta. j. de ſol.l.fugitiuus. ibi, ſed ſi cum liberum, &c. ſed licèt dicat hic mandati agi, non contradicit, ſi ibi dicas liberari illum qui fuerat factus debitor per ſeruum, ſecundum quoſdam. quod nihil eſt: imò nec liberatur hîc, quia non ſeruo, ſed alij dedit: vt in d. l. dicitur ibi, ſed ſi, &c. & ſupra ſi cer.pet. cùm fundus. §. ſeruum. &. j. de act. emp. ſi ſeruus. §. ſeruum. & facit. j. eod. inter cauſas. §. mandato. & ſic mādati & ex empto actionem habeo. Accur.

e *Si curator*. datus bonis. Accurſius.

f *His*. ſcilicet creditoribus.

g *Fuerunt*. quorū contemplatione geſſerūt.

h *Mandatum*. qui id mandabant pro ſe & abſentibus: vt differat à ſequenti caſu.

i *Id egit*. ſ. tantùm.

k *In factum*. imò neg. geſt. in curatore gerente: vt. ſ. de nego. geſt. ſi pupilli. §. ſi quis ita. quæ eſt cōtra. Sol. dubitabatur hîc de actione, & ideò decurritur ad actionē in factum. vel ſol. vt ibi. Item videtur nulla: vt infra de cur. bo. dan. l. fin. Solu. ibi priuato cōſilio: hîc corā iudice datus fuit curator. vel ibi nulla ordinaria. vel ibi aduerſus curatorem fuerunt, quorum litem illam geſſerunt.

l *Oportet*. vt hîc, & ſupra commo. l. in commodato. §. ſicut. & inſtitu. e. §. pe.

m *Renuntiatum ſit*. à mandante. nam & ipſe renuntiare poteſt: vt ſupra de condict. cau. da. ſi pecuniā. in princip. vel à mandatario: vt hîc ſubiicit. Accurſius.

† Hoc reſpōſum copioſè enarrat Cicer. in oratiōe pro Roſcio Amerino.

ex ea ſeruos comparauit, eóſque Titius [a] per traditionem à venditore accepit. Mela ait mandati actione me conſecuturum vt reſtituat mihi Titius, quia ſeruus meus mandaſſe Titio videbatur vt per traditionem acciperet: ſi modò rogatu ſerui [b] hoc fecerit. quòd ſi ſine voluntate eius vendi-

B tor Titio tradiderit, tunc poſſe me ex empto [c] agere [d] vt mihi eos venditor traderet: venditorémque per condictionem à Titio repetiturum ſi ſeruos tradiderit Titio quos non debuerit, cùm debere ſe exiſtimaret.

**Ei ad quem negotium ſpectat, datur actio mandati ſi interceſſit, vel actio nego. geſto. ſi eius contemplatione eſt geſtum. aliàs habet actionem in factum. Barto.**

C Si curator [e] bonorum venditionem quidem fecerit, pecuniam autem creditoribus non ſoluerit: Trebatius, Ofilius, Labeo reſpōderunt, his [f] qui præſentes fuerunt, [g] competere aduerſus eum mandati actionem: his autem qui abſentes fuerunt, negotiorum geſtorum actionem eſſe. Atquin ſi præſentium mandatum [h] executus id egit, [i] negotiorum geſtorum actio abſentibus non eſt, niſi fortè aduerſus eos qui mandauerunt curatori, tanquam ſi negotia abſentium geſſerint. Quòd ſi cùm ſoli creditores ſe eſſe exiſtimarent, id mandauerint: in factum [k] actio abſentibus danda eſt in eos qui mandauerint.

**Qui mandatum ſuſceptum non implet, vel intempeſtiuè renuntiat: tenetur mandati ad intereſſe, niſi ex iuſta cauſa fuerit excuſatus. Bartolus.**

Sicut autem liberum eſt mandatum non ſuſcipere, † ita ſuſceptum conſummari oportet, [l] niſi renuntiatum ſit: [m] Renuntiari autem ita poteſt, [n] vt integrum ius mandatori reſeruetur vel per ſe, vel per alium eandem rem commodè explicandi: aut ſi [o] redundet in eum captio, qui ſuſcepit mandatum. Et quidem ſi is cui mandatum eſt vt aliquid mercaretur, mercatus non ſit, neque renuntiauerit ſe non empturum, ídque ſua, non alterius culpa fecerit: mandati actione teneri eum conuenit. Hoc amplius tenebitur (ſicuti Mela quoque ſcripſit) ſi eo tempore per fraudem renuntiauerit, cùm iam rectè emere non poſſet.

XXIII. HERMOGENIANVS *libro ſecundo Iuris Epitomarum.*

SAnè ſi valetudinis aduerſæ, [p] * vel capitalium inimicitiarum,

XXIIII. PAVLVS *libro ſecundo Sententiarum.* †

SEu ob inanes [q] rei actiones, [r]

XXV. HERMOGENIANVS *libro ſecundo Iuris Epitomarum.*

SEu ob aliam iuſtam cauſam [ſ] excuſationes alleget: audiendus eſt.

**Morte mandātis ſoluitur mandatum, ſed effectus durat ſi mandatarius ignorauit. Bartolus.**

XXVI. PAVLVS *libro trigenſimoſecundo ad Edictum.*

INter cauſas omittendi mandati etiam mors mādatoris [t] eſt. nam mandatum ſoluitur morte. Si tamen per ignorantiam imple-

D tum eſt, competere actionem vtilitatis [u] cauſa dicitur. Iulianus quoque ſcripſit, [x] mandatoris morte ſolui mandatum: ſed obligationem aliquando durare. [y] Si quis debitori ſuo mandauerit vt Titio ſolueret, & debitor mortuo eo cum id ignoraret, ſoluerit: liberari eum oportet.

**Fideiuſſor delegans debitorem etiam non ſoluendo, ſoluiſſe videtur. Bartolus.**

Abeſſe intelligitur pecunia fi-

E deiuſſori, etiam ſi debitor ab eo delegatus ſit creditori, [z] licèt is [a] ſoluendo non fuerit: quia

* Aduerſariæ.

† Tit 15. extat hodie.

A *INter cauſas.*] CASVS in. §. Si quis. Mandaſti debitori vt ſolueret Titio. deceſſiſti. hoc ignorans debitor ſoluit. an liberetur, quæritur? Et reſpon. quòd ſic. [ABESSE.] Si fideiuſſiſti pro me apud Titium, an contra te poſſim agere manda. quæritur? Et reſpon. quòd ſic. ſed quantum mihi debuit, videtur abeſſe, ſi is ſoluendo non fuerit. [SI IS.] Fideiuſſi pro te apud Titiū qui habebat creditorem meum Semproniū debitorē. animo liberādi me ab obligatione fideiuſſoria, & animo donandi mihi, remiſit Sempronio Titius debitum in quo ei tenebatur: an poſſim agere contra te man. quæritur? Et reſpon. ꝙ ſic. hoc in prima. Neque plus conſequitur iudicio mandati, quàm quod exoluerit. & hoc in ſecunda. [NON OMNIA.] Mandaui tibi vt ires vltra montes ad negotia gerēda: & detentus à latronibus fuiſti, & deprehenſus & vulneratus, & in curatione expēſas feciſti. an id iudicio mandati cōſequi poſſis à me, cum non aliàs eras hoc impēſurus niſi tibi mādaſſem? Reſpon. quòd nō propter mādatū: cum per fortuitum caſum prædicta paſſus es. [SED CVM.] Mādaui tibi vt mihi ſeruum emeres. emiſti. furtū tibi fecit ſeruus iſte. teneor mādati vt dedatur ſeruus iſte tibi. quod ſi ſciui eum furē, & non prædixi tibi, tenebor acti. in factum ad intereſſe. [FABER.] Mandaui Titio vt ſeruum mihi emeret. emit pro. x. & fabricā docuit, & mandato meo vēdidit eum Titius tibi pro. xx. & mihi iudicio coactus ſoluit pro prætio. emptor agit redhibitoria, & prætium eſt conſecutus. an Titius iudicio mandati poſſit cōſequi illa. xx. à me? Dicitur ꝙ non, niſi poſtquā emerit, vitiū ſeruo ſuo acceſſiſſet. Si verò mādaui de emendo, & de docendo, contrariū eſt: quia mandās de docēdo, videor approbaſſe emptionem: & cibaria illa in eo expenſa conſequi poterit Titius, niſi, &c. Viuianus.

n *Ita poteſt*. id eſt debet. ſimilia quære ſupra de offic. procon. l. obſeruare. §. fin.

o *Aut ſi non*. ſcilicet renuntiet: vt dictum eſt, arg. infra eo. ſi fideiuſſor. §. ſi cum debitor. in fin. §.

p *SAnè. Aduerſæ*. ſcilicet cauſa. Accurſius.

q *SEu ob inanes*. vt accuſationes capitaliū criminum, vel quia circa funus fuit impeditus. Accurſius.

r *Actiones*. id eſt cauſam excuſationis alleget, ſiue actus: & ſubaudi, audiendus eſt. Accurſius.

ſ *SEu ob aliam iuſtam cauſam*. quæ poſſunt multæ colligi ſupra de procu. l. ante litem. & poſt litem. cum ſeq.

t *Mandatoris*. ſiue mandatarij: vt hîc, &. C. eo. l. mandatum. & inſtit. eo. §. item ſi adhuc. &. j. eo. ſi quis alicui. §. morte.

u *Actionem vtilitatis*. ne iuſta ignorantia damnum afferat: vt hîc, & infra pro ſocio. l. actione. §. item ſi alicuius.

x *Scripſit*. circa hæc dicens idem quod ſupra proxi.

y *Aliquando durare*. vt. j. eo. ſi præcedente. in princip. ſcilicet ſi perficiatur quod erat mandatum. Accurſius.

z *Creditori*. quia ſoluiſſe videtur: vt. ſ. ad Vellei. l. quamuis. §. interdū. idem & ſi pecuniam conſignauerit: vt. j. eo. qui mutuā. §. j.

a *Is*. ſcilicet debitor delegatus. Accurſius.

*Facit.*

bonum nomen facit [a] creditor qui admittit [b] debitorem delegatum. Si is qui [c] fideiuſſori donare vult, creditorem eius [d] habeat debitorem ſuum, eúmque [e] liberauerit: continuo aget fideiuſſor mandati, quatenus nihil interſit vtrum nummos ſoluerit creditori, [f] an eum liberauerit. B Præterea ſciendum eſt, non plus fideiuſſorē conſequi debere mandati iudicio, quàm quòd ſoluerit. [g] Mandatu tuo fideiuſſi decem, & procuratori [h] creditoris ſolui. Si verus procurator fuit, ſtatim mandati agam. quòd ſi procurator non eſt, repetam [i] ab eo.

Damna caſu fortuito occurrentia dominus procuratori non emendat. Bartolus.

Non omnia quæ impenſurus non fuit, [k] mandatori imputabit: [l] veluti quòd ſpoliatus ſit à latronibus, aut naufragio res amiſerit, vel languore ſuo ſuorúmque adprehenſus quædam erogauerit. nam hæc magis caſibus, quàm mandato [m] imputari oportet. Sed cùm ſeruus quem mandatu meo emeras, furtum tibi feciſſet, Neratius ait mandati actione te conſecuturum vt ſeruus tibi noxę dedatur, ſi tamen ſine culpa tua [n] id acciderit. Quòd ſi ego ſciſſem talem eſſe ſeruum, nec prædixiſſem, vt poſſes præcauere: tunc quanti tua interſit, tantum præſtari tibi oportet. Faber mandatu amici ſui emit ſeruum decem, & fabricam docuit: deinde vendidit eum viginti, quos mandati iudicio coactus eſt ſoluere. mox, quaſi homo non erat * ſanus, emptori damnatus [o] eſt. Mela ait non præſtaturum id ei mandatorem: [p] niſi poſtea quàm emiſſet, ſine dolo [q] malo eius hoc vitium habere ceperit ſeruus. ſed ſi iuſſu mandatoris eum docuerit, contra fore. [r] tunc enim & E mercedem & cibaria conſecuturum, niſi ſi vt gratis doceret, rogatus ſit.

* eſſet.

a *Facit.* videtur eum approbare pro bono.

b *Admittit.* eo ipſo quòd recipit: vt infra de fideiuſ. l. qui ſatiſdare. in fin. & l. qui debitorem. & infra de tute. & ra. diſtra. ſi probatum. ſi tamen fuit ſciens: vt infra de iure do. l. promittendo. §. ſi à debitore. quoddam tamen non poteſt fieri bonum: vt ſupra ad Maced. l. j. Item contra infra ſolu. matri. ſi cum dotem. §. ſi mulier. Sol. ibi fauore mulieris dictum eſt in dote. vel dic, vt ibi dicit, quia fuit decepta dolo delegantis.

c *Si is qui.* puta Titius.

d *Eius.* ſcilicet fideiuſſoris. Accurſius.

e *Eúmque.* ſcilicet apud quem interceſſerat.

f *Creditori.* ſcilicet donator. contra eſt ſupra eod. ſi verò non remunerandi. in princ. ſolu. vt ibi.

g *Soluerit.* verè vel interpretatiuè: vt ſupra proxi. §. & hoc niſi ratio vſurarum emerſerit: vt. C. eo. l. poſt ſolutionem.

h *Procuratori.* id eſt pro curanti. Azo.

i *Repetam ab eo.* per condic. ob cau. quando dedi vt me liberaret: vt ſupra de condic. cau. da. ſi procuratori. ſi autem credens me liberatum, per condic. inde. vt. C. de condict. inde. l. creditoris. & ego remaneo obligatus ex prima cauſa: vt. s̃. eo. ſi mandauero. §. fugitiuus. Vel repetam per condic. fur. vt not. d. l. creditoris.

k *Non fuit.* ſcilicet procurator.

l *Imputabit.* ſcilicet procurator.

m *Mandato.* alia verò quæ procurator impēſurus non erat, repetit, non ſi impenſurus erat, etiam ſi mandatum non ſuſcepiſſet: vt ſupra fa. erc. ex parte. Item ſecus eſt in actione pro ſocio, etiam de huiuſmodi periculis: vt infra titu. j. l. cùm duobus. §. quidam. & poteſt eſſe ratio, quia ibi eſt ius fraternitatis: vt eo. titu. l. verum. j. reſpon. Item nec hîc §. de curialitate debet ſeruari.

n *Culpa tua.* adhibita in emendo. nam ſi in furto, præponderat dolus ſerui. Et nota quòd liberor relinquendo pro noxa quando ignoraui: vt hîc, & ſupra de pign. act. ſi ſeruus. Sed contra infra de fur. ſi ſeruus. ij. §. quod ad mandati. Solu. hîc de rigore, ibi de æquitate. Vel hîc neque ſciuit, neque ſcire potuit dominus, ſecundùm quoſdam. Tu diſtingue, vtrum mandet de certo emendo, vt tunc omnino teneatur: vt ibi. an de incerto: & tunc ſubdiuidas, fuerit in culpa procurator in emēdo, vt tunc non teneatur dominus: vt hîc. an non, & tunc ſubdiuidas, potuit eum mandator certiorare, vel non: vt ſi potuit, teneatur: aliàs non, vt hîc ſubiicit. Accurſius.

o *Damnatus.* ad reddendum pretium. ſcilicet. xx. per actionem redhibitoriam.



A

p *Mandatorem.* ſcilicet ſi non fuit diligens in emendo: vt ſupra proxi. §. & hîc ſubiicit.

q *Sine dolo.* ſcilicet & culpa: vt ſupra, ſi procuratorem. §. fin.

r *Contra fore.* quia tenetur mandator, etiam ſi ante emptionem fuerit vitioſus, & fuerit in culpa emendo. & eſt ratio ſecundum Ioan. quaſi factum fabri videatur amic⁹ approbaſſe, cùm de ſeruo docendo rogauit, quaſi videatur eum recepiſſe breui manu, & ſibi retradidiſſe ad docendum: arg. s̃. ſi cer. pet. l. ſingularia. in fin.

Iſtam legem ſummaui tibi in. l. ſi tibi mādauero. §. ſicut ſupra eo. Bartolus.

XXVII. GAIVS *libro nono ad Edictum Prouinciale.*

B SI quis alicui [s] ſcripſerit vt debitorem ſuum [t] liberet, ſeque eam pecuniam quam is debuerit, ſoluturum: [u] mandati actione tenetur.

Mandatum poteſt conferri poſt mortem mandatoris, & ex pœnitentia reuocari. Baldus.

Si ſeruum ea lege tibi tradidero, vt eum poſt mortem meam manumitteres: conſtitit obligatio. [x] Poteſt autem & in mea [y] quoque perſona agendi cauſa interuenire: veluti ſi pœnitentia [z] C acta ſeruum recuperare velim.

Qui mandatum ſuſcepit, debet implere ſi poteſt: & ſi non poteſt, domino nuntiare debet: aliàs ad intereſſe tenetur. Bartolus.

Qui mandatum [a] ſuſcepit, ſi poteſt id explere, deſerere promiſſum officium non debet. alioquin quanti mandatoris interſit, damnabitur. Si verò intelligit explere ſe id officium non poſſe, idipſum cum primum † poterit debet mandatori nuntiare: vt is D ſi velit, alterius opera vtatur. Quòd ſi cùm poſſit nuntiare ceſſauerit, quanti mandatoris interſit tenebitur. ſi aliqua ex cauſa nō poterit nuntiare, ſecurus erit.

† Cic. pro Roſ. Recede de medio, per alium tranſigam.

Sicut morte mandantis finitur mandatum, ita morte mandatarij. Baldus.

Morte quoque eius cui mandatum eſt, ſi is integro adhuc mandato deceſſerit, ſoluitur mandatum: & ob id heres eius licèt executus fuerit mandatū, non habet E mandati [b] actionem. Impendia

SI quis.] CASVS planus eſt. [SI SERVVM.] Tradidi tibi ſeruum, vt eum poſt mortem meam manumitteres, & non manumiſiſti. aget heres meus contra te. actio. man. & ego dum viuo poſſum pœnitere, & iudicio man. ſeruum reuocare. [QVI SVSCEPIT.] Habitus eſt ſupra. l. ſi mādauero. §. ſicut. [IMPENDIA.] Mandaſti mihi vt tibi crocum vel piper emerem. non inueni vbi habitabam. acceſſi ad aliam ciuitatem, & expenſas feci eundo. an illas potero repetere? Dicitur quòd ſic, ſi bona fide feci. nec ob. ſi tu fortè minus expendiſſes, quia parcus eras. [SI MANDATO.] Mandaui tibi vt mutuares. x. Titio. ſi agas mandati contra me, non debeo aliàs condemnari, quàm ſi mihi cedas actiones prius contra Titium. & hoc in prima. Si verò egiſti contra Titium, non liberor, imò magis non incidam in obligationem: & in tantum ero tibi obligatus, quod ab eo conſequi non poteris. & hoc in ſecūda. Viuianus.

s *Si quis alicui.* quidam non habent hoc pro. l. princ.

t *Suum.* mandatarij.

u *Soluturum.* ſcilicet ſcripſerit.

x *Conſtitit obligatio.* ſcilicet vltro citróque. nam teneor tibi ad expenſas quas in eo facies, & tu heredi meo vt manumittas. Sed quomodo per procuratorem debuit manumitti, cùm hoc non poſſit fieri: vt. C. de manumiſ. vindic. l. nec mulierem. niſi per filium: vt. C. de anna. excep. l. j. in fi? Reſpon. hîc fuit tranſlatum in eum dominium.

y *Mea.* id eſt, quia agam.

z *Si pœnitentia.* quæ locum habet in huiuſmodi contractu innominato: vt hîc, & infra eo. l. ſi hominem. & ſupra de condict. cau. da. l. dedi. §. j. non autem in nominatis: vt hîc, &. C. de act. & oblig. l. ſicut. quæ eſt contra. niſi quandoque: vt ſupra depo. l. j. §. pe. Accurſius.

a *Mandatum.* facit ſupra, ſi mandauero. §. fin. Accurſius.

b *Mandati.* ſcilicet directam, ſed vtilem ſic: vt ſupra eod. l. inter

cauſas.in prin.Vel diſtingue.erat inchoatum,vt ibi:an nõ,vt hîc. ſed haberet locum actio nego.geſt.vt.ſ.de neg.geſt.nam & Seruius.§. ſi viuo. ſed ibi mandator deceſſit, hîc procurator. & ibi poteſt eſſe ignorantia:hîc non.Accur.

mandati exequendi gratia facta, ſi bona fide[a] facta ſunt,reſtitui omnimodo debent: nec ad rem[b] pertinet quod is qui mandaſſet, potuiſſet, ſi ipſe negotium gereret,minus impendere.

Mandatori cedendæ ſunt actiones cõtra reum principalẽ:& eius ſolutione in dubio reus principalis non liberatur. h.d.cum.l.ſequ. Baldus.

Si mandatu meo Titio credideris, & mecũ mandati egeris: non aliter condemnari debeo,quàm ſi actiones tuas quas aduerſus Titiũ habes,mihi præſtiteris.[c] Sed ſi cũ Titio egeris: ego quidem non liberabor,[d] ſed in id dumtaxat tibi obligatus ero, quod à Titio ſeruare non potueris.

XXVIII. VLPIANVS *libro quartodecimo ad Edictum.*

PApinianus libro tertio quæſtionum ait, mandatorem[e] debitoris ſoluentẽ, ipſo iure reum non liberare. Propter mandatum enim ſuũ ſoluit, & ſuo nomine:[f] ideoque mandatori actiones putat aduerſus reum cedi debere.

Si fideiuſſor ſoluit ignorans debitorẽ liberatũ, vel tutũ exceptione:habet actionem mandati, niſi fuerit in ignorãtia ſupina.h.d.vſq; ad.§.quædam Bartolus.

XXIX. IDEM *libro ſeptimo Diſputationum.*

SI fideiuſſor conuentus, cùm ignoraret non fuiſſe debitori numeratam pecuniam, ſoluerit

a *Bona fide.*& probabili ratione:vt C.eo.etiã.&.l. ſi cõtra licitũ.

b *Nec ad rem*. non inſpicitur quid facturus erat dominus: vt hîc. Sed argu. contra ſupra de rei vin.in fundo. & ſupra de pigne. act.vel vniuerſorum.

c *Mihi præſtiteris*. vt C.de fideiuſſ. ſicut eligendi. & infra de fideiuſſ. cũ is qui. &.l.ſi fideiuſſores. §.fin. &.l.ſi mandato.&.j.de ſolu. Stichum aut Pamphilum.§.ſi mandato. Accurſius.

d *Liberabor*.Magis autem nõ incidã in obligationem: vt infra de verb.obliga.l.decẽ.ſed cùm hæc actio ad intereſſe tantũ naſcat...: vt ſupra. l. ſi procuratorẽ.§.mãdati. hæc gl. falſa videtur: vt C. de fideiuſſ.reos.hîc intereſt plures habere debitores:& ſic naſcitur:vt infra de li.le.l. iij. in fi. & hîc dic, ero, id eſt manebo.ſic infra de fideiuſ.l.ſi mandato.Accurſius.

P *Apinianus.*] CASVS. Mandaui tibi vt tu mutuares.x.Titio mutuaſti.cõuentus nomine meo tibi ſolui.an liberetur Titius, quæritur? Et dicitur ꝙ non ipſo iure,ſed mihi cedes actionem quam habes contra reum.

e *Mandatorem*. id eſt, qui mandauit creditori vt mutuet debitori.

f *Et ſuo nomine*.ſi hoc fecit, bene dicit quòd reus non liberatur: vt hîc &,ſ.de peti.here.ſi quid poſſeſſor. Et argu.ſupra de in rem ver.ſi filius.aliàs ſecus,ſi nomine totalis obligationis ſoluiſſet:vt ſupra de exerci.l.j.§.penul.quæ eſt contra. ſed licèt ipſo iure reus non liberetur,obſtabit tamen creditori exceptio doli mali. mandator autem actione ceſſa à creditore, aget contra reum. Sed nunquid fieri poteſt ceſſio etiã facta ſolutione ex interuallo hoc caſu? Videtur quòd non: vt infra de ſol.Modeſtinus.Sed argu.cõtra,eſt hîc proxi.vt infra de lega.j.ſi res.& de adminiſt.tut.ſi minoris. & ideò diſtinguas,ſoluat quis ſuo nomine,an nomine debitoris,aut ſimpliciter.ſi ſuo,quandocumque cedi poſſunt: vt hîc cum ſuis concor. ſi debitoris,nunquam.ſi ſimpliciter:ſi quidem creditor cedat,incontinenti præſumitur,[a] quòd fideiuſſor ſuo nomine non debitoris nomine ſoluat.ſed ſi ex interuallo, contra: vt dicitur infra de ſolu.l.Modeſtinus.Accur.

a] Bal.in l. 1. i.1. 2. col. C. de act.&obl. & Ale. de Imo. in. l. Modeſtinus infra de ſolu. in additi. ad Bart. reputat iſtam glo. ſing. & meliorẽ de iure. Bolog.

S *I fideiuſſor.*] CASVS. Spe futuræ numerationis confeſſus me fui decem recepiſſe à Titio,& Seius pro me fideiuſſit: Titius mihi non numerauit.fideiuſſor ſoluit, neque exceptionẽ numeratæ pecu.oppoſuit.an teneor mãdati?Diſtingue,ſciẽs aut ignorans omiſit exceptionem.primo caſu,non.ſecundo caſu,ſic.hoc in prima.Sed quid ſi numerauit, & pactum fuit de nõ petendo, & fideiuſſor conuentus eam non oppoſuit? Diſtingue vt in primo caſu.hoc in ſecunda. [NON.] Me inutiliter obligaui, puta creditore ſtipulante, & me ex interuallo reſpondente. fideiuſſit Titius.ſi ſoluat ex cauſa fideiuſſionis,an tenear ei mand? Diſtinguitur,aut ſoluerit errans in facto.& aget.aut in iure,& nõ aget.

A [SI CVM.]Fideiuſſi pro te:tu verò ſoluiſti. ego ignorãs te ſoluiſſe,ſolui etiam.an habeã man.act? Dicitur quòd ſic. idem ecõtra. [QVÆDAM.] Fideiuſſiſti pro me, túque conuentus à creditoribus per procuratorem,cui tu fideiuſſor poteras opponere excep.procurationis,puta quia eſſet minor.xxv.an.nõ oppoſuiſti.ſi ſoluiſti, an teneor tibi man?Et reſpondetur quòd ſic,ſiue ſciẽs, ſiue ignorãs.neque debet de apicibus iuris diſputari. [IN OMNIBVS.] Si creditor pecuniã non numeratã, ſeu plus receperit: vt ſi in.l.fideiuſſerit,&.c.receperit: aduerſus eum datur repetitio per cõdic. inde. quod eſt verum,ſi extra iudi. quia tunc repetitio non datur,ſed crimine ſtellio. poterit accuſari. [FIDEIVSSOR.] Fideiuſſi pro te vſq; ad annum, & vltra non tenerer:ſteti per annum, & eo elapſo ſolui pro te. an tenearis mandati? Reſpon.ꝙ ſic,ſi paratus ſum te defendere cõtra creditorẽ tuum. Viuianus.

ex cauſa fideiuſſionis:an mandati iudicio perſequi poſſit id quod ſoluerit, quæritur. Et ſi quidem ſciens prętermiſerit exceptionem vel doli,[g] vel non numeratæ pecuniæ, videtur dolo verſari: (diſſoluta[h] enim negligentia prope dolum eſt) vbi verò ignorauit, nihil [eſt] quod ei[i] B imputetur. Pari ratione & ſi aliqua exceptio debitori competebat, pacti fortè conuenti, vel cuius alterius rei, & ignarus hanc exceptionem non exercebat: dici oportet,ei mãdati actionem competere. Potuit enim atque debuit reus promittendi certiorare fideiuſſorem ſuum, ne fortè ignarus ſoluat indebitum. Non malè tractabitur, ſi cum ignoraret fideiuſſor inutiliter ſe obligatũ,[k] ſoluerit: an mandati actionem C habeat. Et ſi quidem factum ignorauit,[l] recipi ignorantia eius poteſt:[m] ſi verò ius,[n] aliud[o] dici debet. Si cum debitor ſoluiſſet, ignarus fideiuſſor ſoluerit: puto eum mandati habere actionem. Ignoſcendum eſt enim ei, ſi non diuinauit[p] debitorem ſoluiſſe. Debitor enim debuit notum[q] facere fideiuſſori, iam ſe ſoluiſſe: ne fortè creditor obrepat, & ignorantiam eius circumueniat, & excutiat ei ſummam in quam fideiuſſit. Hoc idem D tractari & in fideiuſſore poteſt, ſi cum ſoluiſſet, non certiorauit reum: [&] ſic deinde reus ſoluit, quod ſoluere eum non oportebat. Et credo, ſi cùm

g *Vel doli*. quæ locum habet vbi hæc nõ numeratæ pecuniæ, & quælibet alia: vt infra de except.do.l.j. §. generaliter.

h *Diſſoluta*.quæ eſt lata culpa: vt.j.de verb. ſig.latæ. & adeo eſt prope, vt vbi venit vnum, veniat & aliud: vt ſupra depo.l. quod Nerua.& j.de verb.ſignifi. magna. niſi in duobus caſibus:vt inſtit. de ſuſpec.tu.§.ſuſpectus. & infra ad leg.Cor. de ſica.l.in lege.

i *Nihil eſt quod ei*.facit infra de cõtrahẽ.empt. in vẽditionibus.§.fi. & C.de iur.& fac.ignorã. cum quis. & ſupra, ſi procuratorem.§.ſi ignorantes.& ad Velleia.l.fina.§. ſi mulier re ipſa.Accurſius.

k *Obigatum*.ab ipſo prin.vt.j.in fi.l.notatur.

l *Factum ignorauit*. puta ignorauit reum tantùm ciuiliter obligatum,facto ei pacto de non petendo, vel delato ei iuramento, vel præſtito:vt infra de ſolu.Stichum.§.naturalis.Accur.

m *Eius poteſt*.vt agat mandati.nam ſuper ea fit quæſtio.Accur.

n *Si verò ius*. da exemplum,vt quia credebat reum ex interuallo reſpondentem teneri: non tamen tenetur: vt infra de verbo. E oblig.l.j.§.ij.

o *Aliud erit*.ſcilicet quia non aget mandati contra reum mandantem.& eſt ratio huius ad ſuperiorem caſum,quia ius eſt finitum:facta infinita:vt infra de iur.& fact.igno.l. ij. Sed cùm tractet de damno vitando, quare non nocet ei iuris ignorantia: vt infra de iur.& fact.igno.l.iuris.in fin.&.l. error. in fin. quæ ſunt contra? Reſpond.& debitor de hoc eodem damno certat. vnde cùm teneat reus potior eſt:vt infra de verb.obli.ſi ſeruum. §. ſequitur.Sed an contra creditorem aget? Reſpon.ſic ſecundum Ir. & per condict.inde.aget:cùm iuris ignorantia nocere ſibi prorſus non debeat.arg.infra proxi.§.in fi.

p *Non diuinauit*.vt hîc,& ſupra ad le.Aquil.ſi putator.in fi. imò puniuntur diuinatores:vt C.de mathe.l.nemo.Accur.

q *Notum*.ſic ſupra.e.ſi procuratorem.§.ſi ignorãtes. &.l. ſi mãdauero.§.fin.& de condic.cau.da.l.ſi pecuniam. §. item ſi quis. & de inſtito.act.ſed & ſi pupillus.j.reſpon.

*Poſſet.*

a *Poſſet*.reus verò,potuit vel non potuit certiorare fideiuſſorē, ſemper ei tenetur:vt.ſ.ea.l.j.reſpon.
b *Reus*.poſtea ſoluens.
c *Conſequatur*.quod bona fides non patitur: vt.ĵ.de regu.iur.l. bona fides.Azo.

poſſet [a] eum certiorare,non fecit: oportere mandati agentem fideiuſſorem repelli. Dolo enim proximum eſt,ſi poſt ſolutionem non nuntiauerit debitori. Cedere autem reus [b] indebiti actione fideiuſſori debet,ne duplum creditor conſequatur. [c]

Non imputatur fideiuſſori ſi omiſit exceptiones quæ ſunt de apicibus iuris,ſi de veritate negotij diſputauit.Bald.

Quædā tamen etſi ſciens omittat fideiuſſor,caret fraude:vtputa ſi exceptionem procuratoriam [d] omiſit ſiue ſciens ſiue ignarus. De bona fide enim agitur: cui non congruit de apicibus [e] iuris diſputare, ſed de hoc tantùm, debitor fuerit,nécne.

Indebitum ſolutū repetitur niſi auctoritate rei iudicatæ fuerit ſolutum.Bartolus.

In omnibus autem viſionibus † quæ propoſitæ ſint, vbi creditor vel non numeratam pecuniā accipit, [f] vel numeratā iterum accepit:repetitio contra eum competit: [g] niſi ex condēnatione fuerit ei pecunia ſoluta. Tunc enim propter auctoritatē rei iudicatæ repetitio quidem ceſſat, [h] ipſe autem ſtellionatus crimine propter ſuam calliditatem plectetur.

† Florentiæ additū fuit, DI, ad hoc verbum, vt ait Anto. Aug.lib 2. c. 2.

Licèt fideiuſſor ſit tempore liberatus:ſi tamē ſoluit, repetit per actionem mandati.Bar.

Fideiuſſor,ſi ſolus [i] tempore liberatus,tamen ſoluerit creditori, rectè mandati habebit actionem aduerſus reum.Quanquam enim iam liberatus ſoluit, tamen fidem impleuit, & debitorē liberauit. [k] Si igitur paratus ſit defendere reū aduerſus creditorem, æquiſſimū eſt, mandati iudicio eum quod ſoluit recuperare. [l] & ita Iulia-

d *Procuratoriam*. quia nō diſputauit an de iuris ſubtilitate potuerit eſſe miles procurator, vel fœmina:diſputauit tamē an haberet mādatū:alioquin cōtra:vt.ſ. eo.inter cauſas.§.mandato.quæ eſt cōtra. nā & illa dicitur procuratoria exceptio: vt.ĵ.de dam.infe.l.inter quos. §.pen.& hic.Et vt quæ circa hæc ſunt, plenè habeas, dic cū fideiuſſor omittit exceptionē:ſi quidē cōpetētem ex ſua perſona,& inhoneſtā, agit nihilomin' mandati.ſi verò honeſtā,&talē quam potuit reus opponere, vt ſi fideiuſſori ſit factū pactū ne ab eo vel reo petatur,ſicut dicitur ſ.de pac.l.idē.§.fi.tunc non agitur mādati: vt.ſ.eo. idem. §. generaliter. ſi verò reo non poterat proficere,vt Vellei.vel ſimilis,tūc agitur:vt.ſ. ad Vellei.l.penult.&.l. fin. §. ſi mulier pro eo. &.ĵ.ea.l,§.fin.nec attēdo in prædictis, ſciat vel neſciat fideiuſſor eam ſibi cōpetere,quia de ſuo facto agitur: vt ſ.ad Velle.l. quanquā. ſi verò cōpetentem ex pſona rei omittat,quæ ad ipſum porrigebatur,ſi quidē ignorans, agit,niſi errauerit in iure:vt.ſ.§.nō malè.cùm in alieno facto iuſtus ſit error : vt.ĵ.pro ſuo. l.fi.ſi ſciens, ſi quidem declinatoriam iudicij, agit vt hîc. ſi dilatoriā ſolutionis,non agit intra tēpus dilationis: vt ſupra eo. ſi mādauero tibi. in princ. ſi perpetuā,nunquam:vt.ſ.ea. l.j. reſpon. ſi verò ex perſona rei nō porrigitur ad fideiuſſorē,nil imputatur fideiuſſori ſi eam non opponat:quia nec poteſt.illud planè imputatur ei, ſi reo denuntiare poteſt vt iudiciū ſuſcipiat vel ſuo,vel procuratorio nomine:vt.ſ.eo.idem.§.pen.& hoc cū fideiuſſor omittit exceptionem,& ideo damnabitur.ſi verò non dānatur,ſed ſoluat omiſſa exceptione quæ ex ſua perſona tātum competit ſibi,agit:vt.ĵ.ea.l.§.fin.idem & ſi damnatus eſſet exceptione omiſſa:vt ſupra in prin.dixi,ſecundum Azo.

Error in alieno facto, iuſtus eſt.

Curandum non eſt de apicibus iuris.

e *De apicibus*. Not.apicem iuris non curandum: vt hîc,& ſupra ad leg.Aquil.ita vulneratus.in fi.ſed nec verborum:vt C.de coſti.pe.l.ij.in fi.ſed bonam fidem inſpici & veritatē:vt hîc,& Co. ſi contra ius vel vti.pu.l.& ſi non cognitio.
f *Accipit*.vt in.ſ.ſi cum debitor.& in prin.legis.
g *Competit*.imò nō in omnibus.quia de exceptione doli in prin. huius legis locutus eſt:propter quam non datur repetitio:vt ſupra de condic.inde.l.qui exceptionem . quod eſt verū vbi tantū doli,vt Macedoniani:vt.ĵ.eo.l.qui exceptionem.aliàs ſecus.
h *Ceſſat*.per condic.inde.vt hîc,& C.de condic.indebi.l.j.& in-

A fra ad Treb.ſeruo inuito.§.cum prætor. repetit tamen per conditionem ſine cauſa,vel ex eo contractu:vt ſupra de iud.ſi prætor.§.Marcellus.& arg.ſupra de dolo.cum à te.& ſupra commo. rem.& arg.ſ.de iureiu.admonēdi.& arg.ſ.de inſtito.act.l.habebat.in princ.hoc autem quòd competat ſine cauſa,intelligo verum eſſe vbi contractus præceſſit, vel dolus aduerſarij: vt hîc ſubiicit,cū dicit eū crimine ſtel.teneri: vt ſupra eo.l.inter. §. faber. &.l.fin.aliàs non.Item poteſt dari reſtitutio ex generali clauſula, ſecundū R. vt ſupra ex qui.cauſ.ma.l.j.§. fina. quod eſt quando locū non habet condictio ſine cauſa: vt notat.in l.in cauſæ. Item in caſu indiſtinctè repetitur quando per falſa inſtrumenta obtinuit: vt C. ſi ex fal. inſtru. l. fina.

no videtur.

Generalis procurator non mutat ea quæ à domino ſpecialiter ſunt prouiſa, niſi ex cauſa iuſta quam dominus ignorauit.Bar.

XXX. IVLIANVS *libro tertiodecimo Digeſtorum*.

B SI † hominem tibi dedero [m] vt eum manumitteres, & poſtea procurator meus [n] prohibuerit ne manumitteres, an mandati agere poſſim, ſi tu eum manumiſeris? Reſpondi, ſi procurator [o] iuſtam cauſam habuit interpellādi manumiſſionem ſerui, quem in hoc ſolum acceperam vt manumitterem, veluti ſi compererit eum poſtea falſas rationes confeciſſe, inſidias vitæ prioris domini ſtruxiſſe, tenebor, niſi denuntiationi procuratoris paruero. ſi verò nulla iuſta cauſa procuratori C fuit denuntiandi ne ſeruus manumitteretur: non poterit mecum [p] agi,quamuis ad libertatem eum perduxerim.

† Eſt gl. no. & ſing in ca. tēpora pœnitudinis. 26. q 7. quę vult epiſcopum poſſe ex cauſa mutare, augendo vel minuendo, pœnitētiam iniūctam à papa & illa gloſe firmat per iſtū text. de quo vide hîc in no.interpre. Bol.

Actio etiā pœnalis deuoluitur in actionem mandati, ſi procurator à ſeipſo non exigit. Bar.

XXXI. IDEM *libro quartodecimo Digeſtorum*.

SI negotia mea mandauero gerenda ei qui mihi actione [intra annum [q] ] in quadruplum [r] tenebatur, [ſ] poſt annum verò in D ſimplum,etſi poſt annum cum eo mandati agam, præſtare mihi quadruplum debebit. Nam qui alterius negotia adminiſtranda ſuſcepit, id præſtare debet in ſua perſona,quod in aliorum. [t]

Hereditas poteſt eſſe damnoſa legatis:ideo mandatum de adeūda hereditate eſt obligatorium, legatum non. Bar.

XXXII. IDEM *libro tertio ad Vrſeium Ferocem*.

i *Fideiuſſor ſi ſolus*. quia fideiuſſerat vt ad tempus teneretur. ſi enim poneres præſcriptionem contra reum interruptam,& contra fideiuſſorē eſſet interrupta:vt C.de ann. exeep.l.fin. & C.de duo. re.l.fin.
k *Et debitorem liberauit*. ſic ſupra ad Velleia. quanquam. in fin.
l *Recuperare*. ſi autem ab initio fideiuſſio fuit inutilis: tunc dic vt ſupra eo.§.nō malè.Ac.
m *Si hominem*. Dedero.id eſt tuum fecero:vt inſtit.de act. §. ſic itaque. & infra dicit, prioris domini. & ſic eſt falſa noua opinio quorūdam qui dicunt hîc non fieri manumiſſionem per procuratorem,imò eſt dominus.per procuratorem autem fieri nō poteſt:vt dixi.ſ.eo.ſi quis alicui.§.ſeruum.
n *Procurator meus*. ſcilicet generalis. ſi autē ſpecialis,tunc indiſtinctè pœnitētia daret locum cōdictioni: vt ſupra de cōdic. cauſa data. l. dedi. §. ſed ſi tibi E dedero.&.l.ſi pecunia.§.ſi ſetuū. ſecus in ſocietate cui per generalem poteſt renuntiari:vt.ĵ.pro ſocio.l.actione.§.renuntiare.
o *Si pcurator*.modò mutat pſonas.de ſecūda enī venit ad primā.
p *Mecum agi*.Argu. denuntiationem parum valere : quid miri? quia non habet ius denuntiandi.aliàs ſecus:vt infra quæ in frau. cre.ait prætor.ſ.ſi quis particeps.Accur.

S*I negotia*.] CASVS. Tenebaris mihi vi bo.rap.intra annum in quadruplum,poſt annum in ſimplum.mandaui tibi vt negotia mea gereres ſi à te non exegerim,& annus labatur,an in ſimplum aut in quadruplum iudicio mandati mihi tenearis,quæritur.Et reſpon.quòd ad quadruplum.
q *Annum*.pone exemplum in actione vi bon.rapt.vt inſtitu.vi bo.rap.in prin.Item in actione de calum.vt.ſ.de calū.l. j. ī prin. Idē in actione quod met.cau.vt.ſ.quod met.cau. ſi cū ex.ſ.j.
r *Quadruplum*. conuentus actione mandati.
ſ *Tenebatur*.propter rapinam.Accur.
t *Quod in aliorum*. ſcilicet præſtaturus eſt . Et ſic not. gerentem

UNED

Neg geſtor à ſe exige-re debet.

à ſe debere exigere:vt.s̃.de neg.geſt.diuortio.&.l.ſi pupilli.§.fi. &.j̃.de fideiuſ.tutor.Item no.quod in aliorum perſona præſtas, hoc & in tua:vt hîc,&.s̃.de condic.indeb.frater à fratre.§.porro.&.s̃.ſi ſerui.vin.altius.&.s̃.de pac.l.cùm in eo.

SI hereditatem.] CASVS. Delata mihi hereditate nolui eam adire, timens eam damnoſam eſſe.mãdauit mihi Titius vt eam adirem. ſi per hoc dãnum patiar, an iudicio mãd. poſſim id à Titio conſequi? Reſpond.ꝙ ſic. hoc in prima. An idem ſit in legato? Et reſpon.quòd non. hoc in ſecunda.In tertia dicitur. quòd ſi creditores mandant heredi vt adeat, ei creditores tenebuntur mandati.

a *Exiſtimo*.vt.j̃.ead.l. in fi.&.j̃. de exceptio. doli.l.apud.in princip. &.s̃.ad Velleia. tutor. in princip.

b *Nunquam illi damno*.imò interdum: vt.j̃. de leg.ij. imperator.§.j.& ibi fortè haberet locum mandati.

c *Damnoſa*.cum emolumenta & onera comitentur heredem: vt C.de here. inſtit. quotiens.Accur.

d *Et in ſumma*.bene dico & in ſuperiori caſu agi mandati.nam ad alia generaliter quæcunque.

e *Poſſet*.quod eſt pro omni obligatione: vt infra de fideiuſſ.l.j.& ij.ſicut ergo fideiuſſor pro dote dari non poteſt, ſic nec mandator: vt C.ne fideiuſſo.do.den.l.j.

f *Præſens*. cùm enim fiat per ſtipulationem tantùm: vt C. de fideiuſſo.l.blanditus. ergo inter præſentes tantũ.

g *Procul dubio*. & ſi eſt vnus creditor tantùm, contra eum doli exceptionem habet:vt.s̃.de dolo.l.fi.in fine.Accurſius.

SI hereditatem aliter aditurus non eſſem,quàm cautum mihi fuiſſet damnum præſtari, & hoc mandatum interceſſiſſet:fore mandati actionem exiſtimo.[a] Si quis autem mandauerit alicui ne legatum à ſe repellat, longè ei diſſimile eſſe. Nam legatum adquiſitum nunquam illi damno[b] eſſe potuit: hereditas interdum damnoſa[c] eſt. In ſumma,[d] quicunque contractus tales ſunt, vt quicunque eorum nomine fideiuſſor obligari poſſet:[e] & mandati obligationem conſiſtere puto. neque enim multum referre, præſens[f] quis interrogatus fideiubeat, an abſens mandet. Præterea vulgo animaduertere licet, mandatu creditorum hereditates ſuſpectas adiri. quod mandati iudicio teneri, procul dubio[g] eſt.

**Fideiubens in minus quàm fuerit mandatum, habet actionem mandati.ſecus ſi in plus.Bar.**

XXXIII. IDEM *libro quarto ex Minicio.*

ROgatus vt fideiuberet, ſi in minorem[h] ſummam ſe obligauit, rectè tenetur.[i] Si in maiorem, Iulianus verius putat, quod à pleriſque reſponſum eſt, eum qui maiorem ſummam quàm rogatus erat, fideiuſſiſſet, hactenus mandati actionem habere, quatenus rogatus eſſet:[k] quia id feciſſet quod mandatum ei[l] eſt. Nam vſque ad eam ſummam in quam rogatus erat, fidem eius ſpectaſſe videtur qui rogauit.

**Pecunia debita ſolutioni non parata,in mutuum non conuertitur nudo pacto, ſecus ſi eſſet ſolutioni parata. Bald. Item ex pacto incontinenti appoſito in contractibus bonę fidei debentur vſurę. Bartolus.**

XXXIIII. AFRICANVS *libro octauo Quæſtionum.*

QVi negotia Lucij Titij procurabat, is cùm à debitoribus eius pecuniam exegiſſet, epiſtolam ad eum emiſit, qua ſignificaret,certam ſummam[m] ex adminiſtratione apud ſe eſſe, eámque creditam ſibi ſe debiturum cum vſuris ſemiſſibus. Quæſitum eſt,an ex ea cauſa credita[n] pecunia peti poſſit, & an vſuræ peti poſſint. Reſpondit non eſſe creditam:[o] alioquin[p] dicendum, ex omni contractu nuda pactione pecuniam creditam fieri poſſe.[q] Nec huic ſimile eſſe, quòd ſi pecuniam apud te depoſitam conuenerit vt creditam habeas, credita fiat:[r] quia tunc nummi qui mei erant, tui fiunt. Item quod ſi à debitore meo iuſſero te accipere pecuniam, credita fiat. Id enim benignè receptum eſt. His argumentum[ſ] eſſe, eum qui cùm mutuam pecuniam dare vellet, argentum vendendum dediſſet, nihilo magis[t] pecuniam creditam rectè petiturum, & tamen pecuniam ex argento redactam, periculo eius fore qui accepiſſet argentum.

ROgatus.] CASVS. Si Titius rogatus vt fideiuberet pro me in decem,fideiuſſit in quinque tantùm:teneor ei man.quia fecit quod mandaui.quòd ſi in maiori quãtitate quàm ego mãdarim fideiuſſit,eatenus tantùm teneor quatenus mandaui:non in plus teneor.Viuianus.

h *Si in minorem*.quàm eſſet rogatus,non in maiorem quàm reus teneretur.tunc enim nullo modo tenetur fideiuſſor.

i *Tenetur*.& rectè agit:vt.j̃.de fideiuſ.l.Græce.§.illud.

Maiori ſummę minor ineſt.

k *Rogatus eſſet*.vt.s̃.eo.ſed Proculus.Accur.

l *Quod mandatum ei*.Not. ar. quòd maiori ſummæ minor ineſt: vt hîc,&.s̃.de arb.diem.§.ſi arbiter.

QVi negotia.] CASVS. Gerebam negotia Titij, & exegi debitum à debitoribus ſuis. ſcripſi in quadam epiſtola illi Titio quòd ego reciperem aliquam pecuniæ quantitatem, puta c.& haberem eam ex cauſa mutui,& redderem eam ſibi cũ vſuris ſemiſſibus.quæritur, an per hæc verba pec. videatur eſſe penes me ex cauſa mutui?Dicitur ꝙ nõ. ſic enim accideret quòd in quolibet cõtractu nuda pactione poſſet fieri credita pecunia & hoc eſſe non debet.Neque cõtrarium eſſet quòd opponi poſſet de tali caſu,ſi tu habeas pecuniam meam depoſitam,& velim quòd tu habeas eam ex cauſa mutui,bene eſt mutuum, quia ibi nũmi mei bene efficiuntur tui. & idem benigna ratione receptũ eſt in caſu alio,quia ſi iuſſi quòd tu acciperes de pecunia à debitore meo,teneris mihi ex cauſa mutui, & in his ſimilibus arguo ad prædicta,ꝙ ſi volebam tibi mutuare pecuniã, & tradam tibi argentum,& vendidiſti:nõ ideò magis repetam iſtam pecuniam tanquam mutuam,licèt poſteaquam ex argẽto meo redacta fuerit,tuo foret periculo.Erit ergo & in caſu iſto vt procura.teneatur p̃ſtare vſuras quas cõuenit in epiſtola: eo quòd conuentio veſtita fuit quaſi cohęrẽtia contractus ſtatim poſt traditionem interpoſitã,licèt pecunia periculo foret procuratoris. vnde magis videbatur mutuũ, ſed non eſt, imò eſt mãdatum. [CVM HERES.] Erat aliquis heres pro parte. mandaui ſibi vt emeret fundum hereditarium.idcirco quæritur, ſi emit, an inter me & eum erit actio mãdati? Dicitur quòd ſic, pro aliorũ heredũ partibus. ſed quęritur, an pro parte ſua ſit actio mandati inter me & eum:an actio ex empto, vt dicatur contractus fuiſſe cõditionalis,puta ſub hac conditione, ſi aliorũ partes emerit.& tunc quæro, ſi ſic mandaui ſibi pro parte ſua ſub cõditione, ſi emeret partes aliorum, an heres meus ſit illi obligatus ſi alij noluit vendere, & ipſe heredi ſi alij vendiderit. quòd ſi vẽditio facta credatur ſub cõditione,aget ſecum mandatarius, & heres cum eo ex empto, non mãdati,ſicut ſi ſub quauis alia cõditione emptio fuiſſet contracta. ſi verò dicamus mãdatum cõtractũ me mortuo, non agetur, cum ſciret hoc mandatarius,quia mandatũreſolutũ fuit: ſi tamẽ quæritur an ea quæ veniunt in actione ex empto,veniant & in acti.man.reſpon.quòd ſic.Viuia.

m *Certam ſummam*.quæ erat iam conſumpta.Azo.

n *Credita*.ſcilicet vt mutua.Accur.

o *Non eſſe creditam*.imò videtur:vt.s̃.ſi cert.pe.ſingularia. in fin. quæ eſt contra.Solu.dicit Irn.ꝙ ibi paratus erat ſoluere, & erat præſens pecunia.ſed hoc non placet:quia ſi non ſit in præſentia, dum tamẽ extet,ſtatim vt cõuenit de mutuo,cœpi ex cauſa mutui eam animo poſſidere:vt.s̃.ſi cer.pe.certi condictio.in fin.hîc ergo conſumpta erat quando epiſtola fuit miſſa domino.

p *Alioquin*.id eſt ſi dicas propter epiſtolam miſſam pecuniam fieri creditam,& vſuras deberi.Accur.

q *Poſſe*.quod non eſt verum niſi extet,vt dixi. vel niſi ſtipulatio interueniat:vt C.ſi cer.pe.ſi ex pretio.Accur.

r *Credita fiat*.vt dicitur.s̃.ſi cer.pe.ſingularia.in princi.

ſ *His argumentum*.ſcilicet dictis in primo caſu, vt nõ ſit mutuũ.

t *Nihilo magis*.quidam libri habent,nihilo magis,id eſt nõ ideò magis.& ſic cõcor.j̃.de præſcri.ver.l.rogaſti.ſed contra.s̃.ſi cert.pe.l.rogaſti.Sol.hîc dederam argentum vendendum, vt recepta inde pecunia mihi afferretur,& ita poſtea ſibi darem ex ea ſecũdum arbitrium meũ:ſed ibi vt ſtatim eſſet mutua: vt & ibi dixi. Alij habent,nihilo minus:& tunc concor.prædicta.s̃.ſi cer.pet. ſed ex contra.illa.j̃.de præſcri.ver.& dices tunc,his arg.&c. ſcilicet dictis proximis duobus caſibus. ſed prima verior eſt, quia malè ſtaret,& tamen &c.& illud,in propoſito.

*Et in pro-*

a *Et in propoſito*.ſcilicet caſu primo. Accurſius.
b *Præſtare debeat*. iure conuentionis factæ per epiſtolam, quaſi incontinẽti fuerit facta durante adminiſtratione, ſecundũ quoſdam. & ſic intelligunt. ſ. de pact. iuriſgẽtium. §. idem Marcellus. Sed contra eos eſt infra ſolu. ma. l. quotiens. Dic ergo ſecundum Azo. hîc data fuit pecunia procuratori nomine domini: & procurator incontinẽti conſumpſit, & epiſtolã domino miſit: & de vſuris cõuenit: quæ cõuentio cohęrentia traditionis veſtitur, vel nomine ſuo, vt dixi: & ſtatim epiſtolam miſit.
c *Neque enim ſine*. iuſtè dubito, an ex empto agatur tãtùm. nam videtur agi ex empto, neque enim &c.
d *Maxime quæri*. i. tũc erit hæc quæſtio neceſſaria, vt ſi fortè &c.
e *Prius quàm emptio*. ſcilicet partis ſuæ, ſcilicet ꝓcuratoris. erãt tamen aliorũ partes emptæ. ſi enim emptæ nõ erant, & deinde cõtingeret me mori ante quam emeret, in nulla parte conſiſteret emptio: nec in partibus aliorũ: quia finitum erat mandatũ te ſciente, vt hîc litera dicit. nec in parte tua, etiã ſi conditionalis dicatᷣ vẽditio: quia nõ extitit conditio: vtpote cũ cæterorum partes emi nõ poſſunt mandato reuocato. poſſet tamen & aliter reſpõderi: nã etiam ſi ſit morte reuocatum mandatũ, verum eſt tamen procuratorẽ emere poſſe: non tamen aget mandati: ſicq; extitit cõditio, quę erat ſi aliorũ partes emerentur: nõ autem duraret mãdatum. Azo. & hoc caſu ex empto agetur, nõ mandati. & hæc verior. nam prima ſtare nõ poteſt propter illa verba, quemad. ſi quæuis alienatio &c.
f *Nolueris*. tuã partem, de qua eſt quæſtio. Az.
g *Meo*. etiam ſi partes aliorũ poſtea emeris, ſecundum ſecundam poſitionem.
h *Ageretur*. quæſtioni factæ ſuper actione mandati non reſpondet. ſed dic, mandati agi poſſe pro tua parte ratione aliorum: vt. ſ. eo. ſi mandauero. §. Iulianus ſcribit. & argu. ī. de in diem addic. l. q̃ ſi vno. §. ſi. &. ī. l. proxi. ſuper actione ex empto reſpondiſſe videtur quòd ſic, ſupra dicendo, neque enim &c. Azo. & hæc vera niſi ſit extinctum mandatum morte mandantis. Quid autem, an ſit extinctum? Dic vt in alia gloſſa.

Et in propoſito [a] igitur dicẽdum, actione mandati obligatum fore procuratorem, vt quamuis ipſius periculo nummi fuerint, tamen vſuras de quibus conuenerit, pręſtare debeat. [b]

Si mãdo tibi vt rem emas quam habes cõmunem cum aliquo, pro parte ſociorũ tantùm tenet mandatum: pro parte verò tua tenet mandatũ & emptio. Item mandatum morte finitur, emptio autem non. Bartolus.

Cùm heres ex parte eſſes, mãdaui tibi vt prædium hereditarium mihi emeres certo pretio. emiſti. pro coheredum quidem partibus nõ dubiè mandati actio eſt inter nos: pro tua autẽ parte poſſe dubitari ait, vtrúmne ex empto, an mandati agi oporteat. Neq; enim ſine [c] ratione quem exiſtimaturum, pro hac parte ſub conditione cõtractam emptionem. Quod quidem maximè quæri [d] pertinere ait, vt ſi fortè prius quàm emptio [e] fieret, deceſſerim, & tu cùm ſcires me deceſſiſſe, propter mandatum meum alij vendere nolueris: [f] an heres meus eo nomine tibi ſit obligatus: & retro, ſi alij vendideris, an heredi meo tenearis. Nam ſi quidem ſub conditione emptio facta videtur, poteſt agi: quemadmodum ſi quęuis alia conditio poſt mortem extitiſſet. Sin verò perinde mandati agendum ſit, ac ſi alienum fundum emi mandaſſem: morte inſecuta, cùm id ſcieris, reſoluto mandato, nullam tibi actionem cùm herede meo [g] fore. Sed & ſi mandati agendum eſſet: eadem præſtanda, quæ præſtarentur ſi ex empto ageretur. [h]

Si mandauero quòd emas rem quam habes cõmunem cum alio, certo pretio: aliorũ partibus emptis tuam pro reſiduo pretio dare teneris. ſed ſi pretium determinatum non fuerit, tua pars boni viri arbitrio æſtimabitur. h. d. cũ princip. l. ſequen. Bartolus.

XXXV. NERATIVS *libro quinto Membranarum.*

SI fundum qui ex parte tuus eſt, mãdaui tibi vt emeres mihi, verum eſt mandatum poſſe ita conſiſtere, vt mihi cæteris partibus redemptis, etiam tuam partem præſtare debeas. [i] Sed ſi quidem certo pretio emendas eas mandauerim: quanticunque aliorum partes redemeris, ſic & tua pars coartabitur: [k] vt non abundet [l] mandati quãtitatem, in quã tibi emendum totum mandaui. Sin autem nullo certo pretio conſtituto emere tibi mandauerim, túque ex diuerſis pretiis partes cæterorum redemeris, & tuam partem viri boni arbitratu æſtimato † pretio dari oportet:

XXXVI. IAVOLENVS *libro ſeptimo ex Caſſio.*

ITa vt omnes ſummas maiores & minores coaceruet: [m] & ita portionem ei qui mandatum ſuſcepit, præſtet. quod & plerique probant. Simili modo & in illa ſpecie, vbi certo pretio tibi emere mandaui, & aliarum partium nomine commodè negotium geſſiſti, & vilius emeris: pro tua parte tantum tibi præſtatur, quanti intereſt tua, dummodo intra id pretium quod mandato continetur. Quid enim [n] fiet, ſi exiguo pretio hi cum quibus tibi communis fundus erat, rem abiicere vel neceſſitate rei familiaris, vel alia cauſa cogerentur? [o] non etiam tu ad idem diſpendium deduceris: [p] ſed nec lucrum [q] tibi ex hac cauſa adquirere debes: cùm mandatum gratuitum eſſe debeat. Neque enim [r] tibi concedendum eſt propter hoc venditionem impedire, [ſ] quòd animoſiorem eius rei emptorem [t] eſſe, quàm tibi mandatum eſt, cognoueris.

*SI fundum.*] CASVS. Mãdaui tibi vt emeres mihi fundũ Cornelianum, qui ex parte tuus erat. quęritur an mandatũ ita cõſiſtere poſſit vt redemptis aliis partibus & ad tuam præſtandam tenearis? Et dicitur quòd ſic. Sed pone quòd in fundo emendo ſtatui pretium. Dicitur quòd eodem pretio quo emis cæterorũ partes, & tuam præſtabis: dummodo nõ excedat pretiũ hoc ſtatutum in mãdato. Sed pone quòd nullum pretium ſtatui: túque partes aliorum diuerſis pretiis emeris. Dicitur quòd tuo pretio æſtimato in partes aliorum impenſo, tuã pręſtabis arbitratu boni viri: ita tamen, quòd bonus vir coaceruet ſummas maiores & minores, & ſecũdum eas arbitretur. Sed pone in eo caſu in quo fuit ſtatutũ certũ pretium, quòd cõmodè emiſti, & viliori pretio: nũquid præſtabis partem tuam viliori pretio: quia pone quòd oportebat cæteros vendere vel neceſſitate rei familiaris, vel alia iuſta cauſa: nũquid oportebit te cognoſcere hoc diſpendiũ, cũ nullum lucrũ ſentias: quia mandatum debet eſſe gratuitum? Certè non oportet, neq; tibi concedẽdum fuit impedire venditionem, quia animoſiorem inuenturus es emptorẽ, quàm tibi mãdatum fuit. Sed pone quòd mãdaui tibi vt emeres fundum, & adieci quòd non aliter volebã teneri niſi totum emeres. ſi totum nõ emiſti, ſed partem: geſſiſti tibi, non mihi negotiũ: & ideo non tenebor: quia nõ ſeruaſti mãdatum, ſed ſponte ſuſcepiſti. ſed ſi mihi dictũ fuit de hoc, & tu partem emiſti: licèt aliorũ partes emere non poteris, tamen eſt inter nos mandati actio. & hoc dicit cũ. l. ſequen. Viuia.

† Iſte text. reputatur valdè ſingularis: nec reperitur alibi, ſecũdum Bart. hîc.

Cõiunge cũ l. cum ſeruo. 63. de contra empt.

i *Præſtare debeas*. id eſt occaſione partium heredũ conſtitit mandatum, vbi dicitur, cũ res pigneratas à creditore emit vnus de heredibus: vt ſupra communi diuidũ. l. qui coheredes. Azo. & facit ſupra eodem. l. ſi mandauero. §. Iulianus. & ſupra. l. proxi. §. fina. & de in diẽ addic. l. quòd ſi vno. §. fina.
k *Coartabitur*. imò nõ ita omnino: vt. ī. l. proxi. §. ſimili modo.
l *Abundet*. id eſt excellat.
m *ITa. Coaceruet*. complectitur vtraq;, vt ipſa ſit inter eas media, ſecundum Ioan.
n *Quid enim*. bene dico iuſtum pretium tuæ partis tibi præſtari, vel intereſſe; quid enim &c.
o *Cogerentur*. quę tamen coactio non facit reſcindi contractum. vt C. de reſcin. vendi. non idcirco.
p *Deduceris*. certè non.
q *Lucrum*. vt in quo vilius cæterorum partes emeris, eò pluris tuam diſtrahas. Accur.
r *Neque enim*. mutat caſum, adducens per ſimilia: nam ſicut hîc non attenditur lucrum, ſic nec ſupra &c.
ſ *Impedire*. Impedit, qui nimis caram dicit: vt infra de leg. iij. nõ dubium.
t *Emptorem*. ſcilicet alium. vel dicas centum habere potuiſſe:

non tamen præſtabitur ibi niſi pretium iuſtum. & hoc dicit ſupra, neque enim &c.

a *Ingratus*. al. ingratis, id eſt inuitè.

b *Propius eſt*. id eſt verius eſt. Accurſius.

c *In partibus*. cum habuiſti in eo fundo partem.

d *Atq; in toto*. vt quãdo nullã partem in eo fundo habuiſti. Acc.

HOminẽ.] CASVS. Fideiuſſi ꝓ te ad præſtãdum hominem, puta Stichum, & ſolui: ſi agam cõtra te mandati, quæritur an conſequar æſtimationem, cõſiderato tẽpore quo ſolutus fuerit? Dicitur ꝙ ſic, conſiderato tempore quo ſolutus fuit. aliàs in ſtipulatione ſeruatur. nam ſi ſtipulat⁹ ſum certũ hominẽ, & is mortuus fuerit: quia præſtatur æſtimatio tẽporis quo agitur, niſi per ſtipulatorẽ ſteterit quo min⁹ ſolueret: & primo caſu ſpectatur tempus etiam præcedens: ſecundo ſubſequens: quia neutri debet eorum fruſtratio prodeſſe. Viuia.

† ſic Flor. vt notat Taurell. & ego in veteribus] conſtanter reperi. Azo iterpretatur inuitus. & ita apud Terentium vſurpari notat Donatus.

e *Hominem certum*. puta Stichum. Idem ſi incertum: puta in genere, dummodò quò viliorem poterit, dederit: vt infra eo. l. ſi fideiuſſorem. Accur.

f *Debet*. hoc ideo, quia ab eo tẽpore videtur fuiſſe in mora. pone enim in fideiuſſione dictũ eſſe à fideiuſſore, vt ſtatim cùm ipſe ſoluerit, velit debitorem ſibi ſoluere. ſi dicas, ergo non differt ſtipulatio à mãdato? Reſpon. verum eſt, niſi in ſtipulatione mora præceſſerit litis conteſta. quia vtrobique ſoluerit tempore moræ. aliàs contra: vt hîc ſubiicit. ſed ſecũdùm hoc nõ eſſet differentia, cũ vtrobiq; ex mora demum. vnde etiam hîc non dicitur vt reus ſtatim cũ fideiuſſor ſoluerit teneatur: quia agitur ad intereſſe. & eſt alia differẽtia: quia in ſtipulatione ſpecies debetur: in mãdato quãuis ſpeciẽ ſoluerim, in aliud tamen obligaui reum principalẽ, id eſt in æſtimationem, ſecundum Ir. pro quo eſt. s. eo. l. ſi procuratorem. §. mandati. & ideò interitu ſpeciei nõ liberatur reus: quia etiam deperdita re nihilo minus verum eſt intereſſe fideiuſſoris: non autem verum eſt ſpeciem deberi re deperdita: vt. s. de verborum obliga. l. ex legati. ſed Ioan. dixit, in mãdato etiam hominem eſſe in obligatione. ſed prima verior eſt. Accur.

In mandato de emendo rem communem cum pluribus, niſi tota redimatur, mandati actione non agitur ſi hoc eſt actum. ſecus ſi ſimpliciter eſt mandatum. Bar.

Quòd ſi fundum qui per partes venit, emendum tibi mandaſſem, ſed ita, vt non aliter mandato tenear, quàm ſi totũ fundum emeres: ſi totum emere non potueris, in partibus emẽdis tibi negotium geſſeris: ſiue habueris in eo fundo partem, ſiue non: & eueniet, vt is cui tale mãdatum datum eſt, periculo ſuo interim partes emat: & niſi totum emerit, ingratus [a] † eas retineat. Propius eſt, [b] vt cum huiuſmodi incommodis mandatum ſuſcipi poſſit: præſtarique officium & in partibus [c] emendis, perinde atque in toto, [d] debet ab eo qui tale mandatum ſua ſponte ſuſcepit. Quòd ſi mandaſſem tibi vt fundum mihi emeres, non addito eo, vt non aliter mandato tenear, quàm ſi totum emeres, & tu partem vel quaſdam partes eius emeris, tum habebimus ſine dubio inuicem mandati actionem: quamuis reliquas partes emere non potuiſſes.

Quando æſtimatio debetur iure obligationis, tempus contractę obligationis inſpicitur: ſed ſi debetur officio iudicis, inſpicitur tempus moræ. Bar.

XXXVII. AFRICANVS *libro octauo Quæſtionum.*

HOminem certum [e] pro te dari fideiuſſi, & ſolui. Cum mãdati agatur: æſtimatio eius ad id potius tempus, quo ſolutus ſit, non quo agatur, referri debet. [f] Et ideò etiam ſi mortuus fuerit, nihilo minus vtilis ea actio eſt. [g] Aliter in ſtipulatione ſeruatur. [h] nam tunc id tempus ſpectatur, quo agitur: [i] niſi fortè aut per promiſſorem ſteterit quò minus ſua die ſolueret: aut per creditorem quò minus acciperet. [k] Etenim neutri eorum fruſtratio ſua prodeſſe debet.

Qui obligauit pro alio pignus, vel ſe, poteſt agere antequam ſoluat, vt liberetur in caſibus hîc expreſſis. Bartolus.

XXXVIII. MARCELLVS *libro ſingulari Reſponſorum.*

LVcius Titius Publio Mæuio filio naturali domum communem permiſit [l] non donationis cauſa creditori filij obligare: poſtea Mæuio defuncto, relicta pupilla, tutores eius iudicem aduerſus Titium acceperunt, & Titius, de mutuis petitionib⁹. Quæro, an domus pars, quam Titius obligandam filio ſuo accommodauit, arbitratu iudicis liberari debeat. Marcellus reſpondit, an, & quando debeat liberari, ex perſona debitoris, [m] itémque ex eo quod inter contrahentes actum eſſet, ac tempore [n] quo res de qua quæreretur, obligata fuiſſet, iudicem æſtimaturum. Eſt enim earum ſpecierum iudicialis quæſtio, [o] per quam res expediatur: non abſimilis illi, * quæ frequentiſſimè agitari ſolet, [p] an fideiuſſor & prius quàm ſoluat agere poſſit, vt liberetur. [q] Nec tamen ſemper expectandum eſt vt ſoluat, aut iudicio accepto condemnetur, [r] ſi diu in ſolutione reus ceſſabit, aut certè bona ſua diſſipabit: præſertim ſi domi pecuniam fideiuſſor non habebit, qua numerata creditori, mandati actione conueniat.

Per pactum poteſt quis ſe aſtringere ad caſum fortuitum. Bar.

XXXIX. NERATIVS *libro ſeptimo Membranarum.*

ET Ariſtoni & Celſo patri placuit, poſſe rem hac conditione deponi, mandatúmque ſuſcipi, vt res periculo [ſ] eius ſit, cuius fidem ſecutus eſt.

k *Acciperet*. poſterior mora nocet: vt hîc, &. j. de pericu. & cõmo. rei vendi. illud. etiam poſt litem conteſtatam. Accur.

LVcius.] CASVS. Quidam qui vocabatur lucius, partem cuiuſdam domus quam habebam ſecum communem, cuidam Publio Mæuio filio naturali commodauit obligãdam, non animo donandi. deceſſit Publius relicta filia pupilla. tutores ei⁹ & Lucius acceperunt iudicẽ de mutuis petitionibus. quæritur an domus pars liberari debeat. Marcellus reſpõ. an & quando liberari debeat, cõſiderabit iudex ex perſona debitoris, & ex eo quod actũ fuit inter cõtrahentes, & aliis qui in litera cõtinentur. Et eſt earum ſpecierũ iudicialis quęſtio, quę conſueuit frequẽtiſſimè agitari, nõ tamẽ ſimilis priori, ſi fideiuſſor antequã ſoluat, poſſit agere mãdati, vt liberetur ab obligatione. Et reſpond. ꝙ ſic. neque enim debet expectare vt ſemper ſoluat: maximè ſi diu ſtetit in obligatione: neque ſi nõ habeat paratã pecuniam, quam ſoluat, reum ſtatim cõueniat. Viuianus.

l *Permiſit*. cõmodando. Accurſius.

m *Ex perſona debitoris*. ſi ſit inops factus.

n *Ex tempore*. puta ſi diu ſtetit: vt. j. ea. l. & j. ſolut. matri. l. ſi cõſtante. §. penult.

* Illa. Flo.

o *Quæſtio*. id eſt inquiſitio, & definitio. & hanc expoſitionem innuit ſequens verbum, per quas res &c. ſi enĩ ponat quæſtio ꝓ querela, vt ſæpe fit, nõ bene ſubiũgeret: quia ſic per quæſtionẽ nõ tollitur dubitatio, ſed magis inducitur. Accur.

p *Agitari ſolet*. quæ ſubiicitur ſtatim, fideiuſſor &c.

q *Liberetur*. certè regulariter nõ: licèt quãdoque ſic: vt hîc ſubiicit, nec &c. Accur.

r *Condẽnetur*. Hic nota quòd in caſibus etiã antequam ſoluat fideiuſſor, agit mandati. Primus, ſi condemnetur: vt hîc. Secũdus, ſi diu ſtetit in obligatione: vt hîc. Sed quantum tempus intelligitur diu? Reſpon. decennium: vt. j. qui & à qui. ma. l. ſi fideicommiſſa. §. Ariſto. vel verius arbitrio iudicis: vt s. de iur. delibe. l. j. in fin. Tertius eſt, ſi obtulit & conſignauit & depoſuit: vt. j. eo. l. qui mutuã. §. fideiuſſor. Quartus, ſi hoc actũ eſt vt ad tẽpus teneatur: vt. s. ea. l. & C. e. l. ſi pro ea. Quintus, ſi cœpit ſua bona diſſipare reus: vt hîc. aliàs nõ, niſi ſoluat: vt. s. de condictione indebiti. l. indebitum. Accur.

Fideiuſſor quandoque ante ſolutionem agere poteſt.

g *Actio eſt*. vt hîc, &. j. eo. l. ſi is qui. §. fin. &. j. de verborum obliga. l. quotiens. &. s. fami. erciſcun. l. ſi ſeruus. &. s. commu. diui. ſed poſtquam. &. l. ſi Stichus.

h *Seruatur*. ſi mihi ſeruum certum promiſiſti, quẽ poſtea peto.

i *Quo agitur*. id eſt in quo fit lit. conteſt. vt. j. de noua. l. fundum Cornelianum. Accur.

ET Ariſtoni.] CASVS. Quæritur an depoſitum & mandatum ita contrahi poſſint, vt res ſit periculo depoſitarij & mandatarij? Dicitur quòd ſic. & hoc placuit Ariſtoni & Celſo patri. Viuianus.

ſ *Periculo*. quod culpa etiam leuiſſima contingeret. ſic enim &

& alibi ponitur.ſ.commo.l.ſi vt certò. §. commodatum autem. & ſupra depoſi.l.j.§. ſæpe. ſed hæc culpa etiã ſine pacto venit in mandato, ſecundum Ioan.vt.C.manda.l.à procuratore.licèt alij contra.ſed in depoſito nõ,niſi ex pacto. vnde ſecũdum nos operatur caſum fortuitum,ne nil operaretur:arg.infra de lega. j. l. ſi quando . circa mandatum autem, ſi loquaris de extrinſeco periculo , non de eo quod in re cõtingeret, eſſet pactum neceſſarium : vt ſupra eod.l.ita.§. quòd ſi fundum . in caſibus autem fortuitis qui ſine culpa & ſine mora contingunt,pactũ ſpeciale eſt neceſſariũ : vt dixi ſupra ſi quis cau. ſed & ſi. §. quæſitum. Accurſius.

qui depoſitum vel mandatum ſuſcepit . quod & mihi verum eſſe videtur.

Prohibitio impedit actionem mandati, & negotiorum geſtorũ. Bartolus.

XL. PAVLVS *libro nono ad Edictum.*

SI pro te præſente & vetante fideiuſſerim , nec mandati [a] actio, nec negotiorum geſtorum [b] eſt. Sed quidam vtilem putant dari oportere: quibus non † conſentio, [c] ſecundùm quod & Pomponio videtur.

XLI. GAIVS *libro tertio ad Edictũ Prouinciale.*

POteſt & ab vna dũtaxat parte mandati iudicium dari. [d] Nã ſi is qui mandatum [e] ſuſcepit, egreſſus fuerit mandatum: ipſi quidem mandati iudicium non competit: at ei qui mandauerit, aduerſus eum competit.

Si mandatarius mãdantem decipit , actione mandati tenetur. Baldus.

XLII. VLPIANVS *libro vndecimo ad Edictum.*

SI mandauero tibi vt excuteres vires hereditatis , & tu , quaſi minor [f] ſit, eam à me emeris, mandati mihi teneberis . [g] Tantundem & ſi tibi mandaui vt vires excuteres eius cui eram crediturus, & renũtiaueris eum idoneũ [h] eſſe.

XLIII. IDEM *libro vicenſimotertio ad Edictum.*

QVi mandatum ſuſcepit vt pecunias in diem collocaret, [i] iſque hoc fecerit: mandati conueniendus eſt, vt cum dilatione temporis actionibus [k] cedat.

Qui non vult facere id ad quod ſcit ſe teneri, & poteſt: eſt in dolo. Bartolus.

XLIIII. IDEM *libro ſexagenſimoſecundo ad Edictum.*

DOlus eſt, ſi quis nolit perſequi quod perſequi [l] poteſt: aut ſi quis non exegerit [m] quod exigere, * ſoluere.

Mandati actione poteſt agere mãdatarius , cum mandatum impleuerit: aliàs non. Bartolus.

XLV. PAVLVS *libro quinto ad Plautium.*

SI mandatu meo fundum emeris, vtrum cum dederis pretiũ, ageres mecum mandati : an & antequam des, ne neceſſe habeas

tur: vt infra eo.l.ſi mandato meo.§.quotiens. ſic & agitur mãdati vt cedatur actio.ſ.depoſi.l.j.§.ſi verò tuo nomine. &.ſ. eod.l. idémque.§.ſi cui mandauero. Accurſius.

† Ange.in.§. actionũ.inſt. de act.in.15. col. dicit iſtũ tex. ſing. ad hoc quòd proteſtatio ſiue denuntiatio ꝓhibitionis ipſius domini erga geſtorẽ, eſt tãtæ importantiæ, vt poſt eam factam geſtor non habeat actionẽ etiã vtilẽ, quamuis vtiliter geſſerit. ſimilis tex. eſt tamẽ in.l. fi. e. titu. C. ibi, nullã actionem, &c.

SI pro te.] CASVS. Titius qui pro me (qui præſens eram, & vetabam) fideiuſſit : an habeat actionem mandati ? Dicitur quòd non, licèt quidam dicant ſibi cõpetere: quod non eſt verum. Viuianus.

a *Nec mandati.* vt ſupra eodẽ.l.ſi remunerandi. §.ſi paſſus. Accur.

b *Negotiorum geſtorum.* vt.C.de nego.geſt.l.finali.

c *Non conſentio.* eſt ergo hoc apertè contra Azo. qui vtilẽ dabat. & ſic eſt cõtra eum ſupra de negotiis geſt. l. ſi ex duobus. in fine.

POteſt.] CASVS. Dicit iuriſconſultus quòd aliquando contingit quòd mandati actio tantũ datur ab vna parte. & eſt exemplum: ſi tibi mandaui vt fundum emeres pro certo pretio , & tu fueris egreſſus fines mandati , habeo actionem mandati contra te: & tu non contra me. Viuianus.

d *Dari.* Nota mirabile : quia licèt ſui natura pariat obligationẽ hincinde, tamen quandoque contra: vt hîc . ſic etiam in locatione: vt infra loca.l.ſi vno.§.interdum. ſic & in emptione: vt. C. de actio.empt.l.Iulianus.§.ſi quis à pupillo. & inſtitu. de aucto. tuto.§.j. Accurſius.

e *Mandatum.* aliud prorſus faciẽdo: vt ſi emit domum Sempronianam, cùm ei fuerit mãdatum vt emeret Seianam: vt ſupra eo. l.diligenter. ſecundùm Io. Vel dic, niſi quod ex mandato impendit. tunc enim in idem competeret: vt ſupra eo.l.ſed Proculus. ſecundum Azo.

SI mandauero.] CASVS. Volebam vẽdere hereditatem mihi delatam: mandaui tibi vt inquireres vires eius: denuntiaſti mihi quòd non erat bona: & quòd volebas eam emere : emiſti pro.l. cùm valeret.c. teneris mihi mãdati. hoc in prima. Idem eſt ſi cum volebam mutuare Titio , mandaui tibi vt inquireres vtrum eſſet idoneus: quia teneris mandati. Viuianus.

f *Minor ſit.* aliàs, minoris ſit, &c. Accurſius.

g *Teneberis* . & hoc intellige quando non induxiſti me dolo vt venderem, ſed vt parum venderem. aliàs ipſo iure non valeret cõtractus, & de dolo ageretur: vt infra de act.empti. l. Iulianus.§.ſi venditor. &.§.per contrarium. & ſupra de dolo. & eleganter . in principio. Accurſius.

h *Idoneum.* cùm non erat. Io. ſed ſi ſine mandato eum idoneum mihi affirmaſti tui lucri cauſa, de dolo teneris: vt ſupra de dolo.l. quòd ſi cùm ſcires.

QVi mandatum.] CASVS Mandaui tibi vt pecuniam mutuam crederes vſque ad certum diem. an poſſim conuenire te iudicio mandati? Reſpon. quòd ſic : vt ſcilicet act. cedas in illum diem in quem contaxiſti.

i *Collocaret.* id eſt pecuniam mandatoris mutuam daret in certũ diem reddendam. Accurſius.

k *Actionibus.* ex hoc enim agitur mãdati, vt fiat prius quàm de-

l DOlus. Perſequi poteſt.] perſecutionis verbo , extraordinaria perſecutio cõtinetur: & fideicõmiſſi perſecutio: vel ſi qua ſimilis extraordinaria inuenitur: vt.j. de verborũ ſignificatione .l. pecuniæ verbũ . §. hæc actio . ſecundum Azo. Vel dic quòd hîc ponitur etiam pro ordinaria actione in rẽ: vt quia pecuniã mandantis ſub pignore mutuauit : & non vult hypothecaria agere, vel rei vindicatione , vt quia rem emit mandato domini, & non fuit dominium domino quæſitum: vt quia nec tradẽs nec accipiens hoc geſtiuit. & ſic intelligitur infra de adquiren. rerum do.l. res ex mãdato . quod autem ſubiicit, exegerit , ſcilicet actione i perſonã: quod poteſt exigere , vt quia habet mandatum: aliàs non poteſt : & nõ eſſet in dolo: vt hîc, & ſupra de neg. geſt. l. ſi pupilli.§. fin. &.l. ſi autem. & de peti.here. ſed & ſi lege.§.quod autem ait. &.l.ſi quid poſſeſſor.§. illud. nam habere videtur, qui poteſt exigere: vt infra ſol.mat.l.ſi verò.§.perueniſſe. Accurſius.

* Ex tit. quę in fraud. cred.

* exigere poteſt, aut ſoluere.

m *Exegerit.* de hoc habes hîc, & ſupra eo.l.ſi procuratorem.§.dolo. &.ſ.depoſi.l.j.in fi. Et not. quòd hæc lex fingit dolum. ſic & aliàs.j.ad.l.Falc.dolo. & hac ratione videtur quòd ille qui ſcit ſe mihi in aliquid teneri, & non ſoluit cum exigo , ſit in dolo : quod patet in authen. qua in prouincia.C. vbi de cri.agi opor. & quia plerunque damnati infamantur: vt ſupra de infa.furti.§.mandati. & plerunque in litem iuratur: quod non ſit niſi propter dolum : vt ſupra de in lit. iur.l. in actionibus. Item periculum in debitorem transfertur, etiam ſi non erat: vt infra de leg.j.cum res.§.fin. Accurſius.

SI mandatu.] CASVS. Mandaui tibi vt emeres mihi fundum. emiſti, & pretium vſque ad menſem ſoluere promiſiſti. an iudicio poſſis me conuenire vt accipiam obligationem , ex qua actio competit contra te venditori? Reſpon. quòd ſic: quia ego agere potero vt cedas mihi actio.empti contra venditorẽ . hoc in prima. Sed quid ſi mandaui tibi vt ageres nomine meo aduerſus Titiũ: & pendente iudicio vis me conuenire iudicio mandati , vt transferam in me iudicium: an ſis audiẽdus, quæritur. Et reſpon. quòd non . hoc in ſecunda . Sed quid ſi geſſiſti negotia mea , & cum mandato vel ſine , non curo , & creditori meo ſoluere promiſiſti . an antè ſolutionem poſſis agere vt ſuſcipiam obligationem? Reſpon. quòd ſic. ſed ſi noluit creditor mutare obligationem, cauebo me te defenſurum. hoc in tertia. [SI IVDICIO.] Si promiſiſti te iudicio ſiſti ſexta die : an antè diem agere poſſim vt me liberes ? Et dicitur quòd ſic. [SED SI.] Mandaſti mihi vt pro te creditori tuo ſoluerem : & ego promiſi : & hoc nomine condemnatus ſum: an mihi mandati tenearis? Et reſpon. quòd ſic. [QVOTIENS.] Quandoque aliquis mandato alterius ſe obligat: & antequam ſoluat, agere poteſt mandati: ſed non ad hoc agit vt mandator ſoluat , ſed vt mandator eum liberet : nec ſic incontinẽti ſoluere tenetur : & ſicuti æquum eſt eum qui act. eſt nactus, poſt mandatum alterius mandati iudicio eam præſtare. ita æquum eſt vt liberetur hac act. [QVOD MIHI.] Tenebaris mihi in. c. ad mandatum tuum ſtipulatus ſum ea animo nouandi à debitore tuo . agere potero mandati ad conſequendum quod minus à debitore tuo ſeruare potero. Videbatur quòd nõ: quia is qui debitorem ſuũ delegat, ſe liberat , ſed ſecus eſt in iſto

res tuas vendere? Et rectè dicitur, in hoc eſſe mandati actionem, vt ſuſcipiam obligationem, [a] quæ aduerſus te venditori competit. Nam & ego tecum agere poſſum, vt præſtes mihi aduerſus venditorem empti actiones. [b]

Sed ſi mandatu meo iudicium ſuſcepiſti: manente iudicio, ſine iuſta cauſa [c] non debes mecum agere vt transferatur iudicium in me. Nondum enim perfeciſti mandatum. [d] Item ſi dum negotia mea geris, [e] alicui de creditoribus meis promiſeris, & antequam ſoluas dicendum eſt te agere poſſe vt obligationem ſuſcipiam: aut ſi nolit creditor obligationem mutare, cauere tibi debeo, defenſurum te. [f] Si iudicio te ſiſti promiſero, nec exhibuero: & antequam præſtem, mandati agere poſſum vt me liberes, [g] vel ſi pro te reus promittendi factus ſim. [h] Sed ſi mandauero tibi, vt creditori meo ſoluas: túque expromiſeris, & ex ea cauſa damnatus ſis: humanius eſt & in hoc caſu mandati actionem tibi competere. Quotiens autem antè ſolutam pecuniam mandati agi poſſe diximus: [i] faciendi cauſa, [k] non dandi tenebitur reus. Et eſt æquum, ſicut mandante aliquo, actionem nacti cogimur [l] eam præſtare iudicio mandati; [m] ita ex eadem cauſa obligatos [n] habere mandati actionem, [o] vt liberemur.

Reus tenetur fideiuſſori ad id in quo creuit obligatio ſeu condemnatio. Bartolus.

Si fideiuſſor multiplicauerit ſummam in quam fideiuſſit, ſumptibus [p] † ex iuſta ratione factis: totam eam præſtabit is pro quo fideiuſſit. Quod mihi debebas, à debitore [ tuo ] ſtipulatus ſum [q]

B periculo [r] tuo. poſſe me agere tecum mandati [ſ] in id quod minus ab illo ſeruare potero, Nerua [&] Atilicinus aiunt: quamuis id mandatum ad tuam [t] * rem pertineat. & meritò. Tunc enim liberatur [u] is qui debitorem delegat, ſi nomē eius creditor ſecutus eſt: non quū periculo debitoris ab eo ſtipulatur. Idem iuris [x] eſt ſi mandatu fideiuſſoris cum reo egiſſem: [y] quia ſequenti mandato [z] liberaretur ex priore cauſa. [a]

† Not, quòd fideiuſſor ſumptus quos fecit in lite, repetit à reo.

* Sic Flor. non meam, vt Acc & alij legunt.

C Si fideiuſſor ſoluit aliud vilius vt principalem liberet ab obligatione maiori, mandati actione repetit. Bartolus.

XLVI. IDEM *libro ſeptuagenſimo-quarto ad Edictum.*

SI quis pro eo ſpoponderit, qui ita promiſit, ſi Stichum non dederis, centum milia dabis? & Stichum redemerit vilius, & ſoluerit, ne centum milium ſtipulatio committatur: conſtat poſſe eū mandati agere. [b] Igitur commodiſſimè illa forma in mādatis ſer-

D uanda eſt, vt quotiens certū mandatū [c] ſit, recedi à forma non debeat; [d] at quotiēs incertum, [e] vel plurium cauſarū; [f] tunc licèt aliis

caſu: quia hęc delegatio erat facta periculo delegantis. hoc in prima. Viuianus.

a *Vt ſuſcipiam obligationem.* Quæritur, quare antequam ſoluat agit, cùm fideiuſſor non poſſit, niſi prius ſoluat: præterquam in caſibus: vt dixi ſupra eo. l. Lucius? Reſpon. quia fideiuſſor de ſoluendo ſe obligaſſe videtur: vt ſupra de condic. inde. l. indebitū. & dixi ſupra de neg. geſt. l. ſi quis mandato. Item not. hîc ex parte rei fieri procuratorē in rem ſuam: vt ſupra fami. erciſ. planè. in fi. & dixi. ſupra de condic. inde. l. fin. §. Titius. ſed niſi creditor velit mutare, cauebo tibi: vt infra. ij. reſpon.

b *Actiones.* vt ſupra eo. ita vt omnes. in fin. & ar. ſupra qui mandatum ſuſcepit. Et ſic no. quòd vbi emolumentum, ibi & onus: vt infra de vulga. ſubſtitu. & ſi contra tab. in fi.

vbi emolumentum ibi & onus.

c *Sine iuſta cauſa.* quæ multę ſunt: vt. ſ̃. de ꝓcura. filiusfa. §. fina. & legibus ſequen.

d *Mandatū.* & ita adiuuari, non decipi beneficiis nos oportet: vt ſupra commo. l. in cōmodato. §. ſicut. ſic & tutelæ non poteſt agi niſi finito tutelæ officio: vt infra de tute. & ra. diſtra. l. niſi finita. in principio.

e *Geris.* vel cum mandato, vel ſine mādato: & dic omnia. Sed quid ſi mando tibi vt creditori meo ꝓmittas animo nouandi? Reſpon. idem. ſecus ſi vt fideiubeas pro me animo nouandi: vt not. infr. in. §. ſi iudicio. in fine.

f *Defenſum iri te.* ſcilicet à me.

g *Vt me liberes.* ſic enim impletum eſt mandatum. nam iuxta quod mandatum fuit, promiſit vt ſiſteret: nec per eum ſtetit quin ſiſteret: itaque ſtipulatione commiſſa poteſt agi vt liberetur. Accurſius.

h *Factus ſim.* ſcilicet poſſum agere vt me liberes. ſecus autem in fideiuſſore: & eſt ratio: quia reus promittendi reum principalem liberat, cum obligationem animo nouandi ſuſcipiat: vnde agit quaſi ſoluiſſet: vt ſupra eo. inter cauſas. §. ſi is qui fideiuſſori. fideiuſſor verò ipſa fideiuſſione non liberat: vnde non agit niſi ſoluerit: niſi in caſibus: vt ſupra eodem. l. Lucius. Azo. Vel ſi velis dicere, dicas quòd fuit pro te reus promittendi non patiendo te obli- E gari: quo caſu etiam quandoque videtur impletum mandatum, cum à futura obligatione te liberaui.

i *Diximus.* ſ. primo, ſecundo, tertio, quarto, quinto, & ſexto reſp.

k *Faciēdi cauſa.* ſcilicet vt liberet, vel vt actionem cedat, vt in primo caſu huius legis. Accurſius.

l *Cogimur.* nos ſcilicet procuratores.

m *Iudicio.* directo.

n *Obligatos.* nos procuratores.

o *Actionem.* contrariam.

p *Sumptibus.* puta in litem: vt ſupra de procu. l. qui proprio. §. litis. vel ad fructus colligendos: vt ſupra eo. l. idémque. §. item Labeo. & alios ſimiles: vt infra. eo. ſi is. §. fin. vel etiam ſi fideiuſſi pro te in contractu, in quo pœnā promiſiſti, in quam incidimus. vel accepi interim mutuam pecuniam ſub pœna, vel vſuris: & ſolui totum: & ſic ſumma multiplicabitur. Accur.

A q *Stipulatus ſum.* animo nouandi.

r *Periculo tuo.* te mandante.

ſ *Mandati.* imò priſtina actione videtur debere agi: vt ſupra de procur. l. licèt. §. ea. quæ eſt contra. ſolu. ibi non agitur mandati: quia ibi nil plus veniret in eam quàm in primam, quæ erat ſimiliter bonæ fidei: hîc autem prima erat ſtricti iuris. hęc vero bon. fid. & ideo quia plus eſt in ea, tenet: vt argu. inſtit. de leg. §. ex contrario. & infra de leg. iij. l. ſi mulier. §. ſi rem. licèt hæc vltima ad aliquid poſſet notari cōtraria. Vel (quod verius eſt) hîc agitur mandati, & nō prima actione: quia iure nouationis ſublata erat mandato debitoris: vt in fine huius legis dicitur. vnde & ipſe mandati, non prima actione, conueniri poteſt: vt. l. cōtraria diximus. Item eſt cōtra infra de verbo. obliga. l. qui bis. nam hîc bis ſe obligauit. Reſpon. bis quem obligari pro eadem re non eſt prohibitū, imò permiſſum: vt hîc, & infra de fideiuſſ. l. heres à debitore. §. nō eſt. ſed bis ſoluere ſic: vt in. l. contraria: vt & infra de regu. iuris. l. bona fides. certè imò & hîc tollebatur prima, cum naſcebatur ſecunda. Accur.

t *Tuam.* aliàs meam: & aliàs tuam. ſed habeas meam. vnde non videbatur tenere: ſed tamē tenet: vt hîc, &. ſ̃. eo. ſi mandauero. §. interdū.

u *Liberatur.* animo nouandi à prima obligatione & ſecunda.

x *Idem iuris.* ſupra de procur. licèt. §. ea. in fi. contra ſol. vt ibi.

y *Egiſſem.* animo nouandi.

z *Mandato.* id eſt, propter mandatum, quod parit ſequentem actionem mandati contra fideiuſſorem.

a *Liberatur ex priore cauſa.* & ex nouo mandato incipit teneri. qui enim delegat, ſoluit quantum ad primam obligationem: vt. ſ̃. ad Velleia. quamuis. §. interdum. & infra de noua. l. delegare.

S*I quis.*] CASVS. Habēs propoſitū dādi tibi Stichū, tibi dixi, ſi nō dedero tibi Stichū, dabo tibi cētū nomine pœnæ. & fideiuſſorē dedi. fideiuſ. redemit Stichū à Titio cuius erat, & tibi ſoluit. an poſſit cōuenire me mādati, quęrit. Et reſp. ꝙ ſic. videbatur ꝙ nō: quia Stichus nō erat in obligatione. hoc in prima. In ſecūda proponit duas regulas. Prima eſt, ꝙ quotiēſcūq; quidē certū eſt mādatū, nō eſt recedendū à forma. Secūda eſt, ꝙ quādo mandatū eſt incertum. i. de re incerta: puta vt emas ſeruum: vel ſi vna res eſt in obligatione, vt in ſuperiori caſu: tūc licèt aliter fiat quàm ſit mandatum: dum tamen expediat mandanti, erit mandati actio. Viuia.

b *Mandati agere.* videbatur contra: quia quod ſoluit, in obligatione non erat: vt infra de act. & obli. l. obligationum ferè. §. fin. & infra. l. proxi. §. ſi is. Accur.

c *Certum mandatum.* id eſt de re certa, vel facto.

d *Non debeat.* vt ſupra eo. l. diligenter.

e *Incertum.* id eſt de re incerta: vt emas ſeruum in genere. vel etiam de re certa, ſed incerto modo: puta de Sticho emendo: ſed non taxato pretio: vt ſupra eodem. l. præterea.

f *Plurium cauſarum.* vt vnius rei quæ ſit ſub cōditione in obligatione: alterius quæ ſit tantùm in ſolutione: ſicut. ſ̃. poſuit in caſu.

*Præſtationibus.*

a *Præſtationibus*.id eſt alia præſtatione.
b *Expedierit*.vt in caſu propoſito, vbi ſolui Stichum expediebat:licèt in obligatione non erat.Accur.

IVlianus.] CASVS. Debebam Titiæ decem, & Seius pro me fideiuſſit: Titia nupſit Seio: & ei illa decem, pro quibus nomine fideiuſſorio obligatus erat, promiſit:an ſtatim poſſit me cõuenire.manda. quæritur. Et reſpond.ꝙ ſic: quia onera ſuſtinet matrimonij: & ſic non habet ex cauſa lucratiua. [SI IS.] Promiſiſti mi hi hominem: & Titius ꝓ te fideiuſſit: Stichũ ſeruũ alienũ mihi ſoluit.an tibi cõtingat liberatio, vt Titius poſſit te conuenire manda.quæritur. Et reſpõ. quòd non. hoc in prima. Sed ſi Stichũ vſucepit,contingit liberatio: & Titius aget mãda.hoc in ſecunda. Viuianus.

c *Iulianus ait*. Caſus eſt, quòd quidam fideiuſſerit pro alio apud mulierẽ creditricem: dum idẽ fideiuſſor eãdem mulierem in vxorem acciperet: idem fideiuſſor paſſus eſt dotem vxorẽ promittere ſibi,quam ipſe debebat ex fideiuſſione.Accurſius. Caſum ponit.

d *Abeſſe ei pecunia*. quaſi dicat. non eſt liberatus ex cauſa lucratiua: vt infra de actionibus & obligatio.l.ex ꝓmiſſione. quod ſi eſſet, non ageret: vt.ſ. eodem.l.idem.§.finali. Accur.

e *Si is qui pro te hominem*.in genere. & ideò mala ratio:quia in multis caſibus agit fideiuſſor etiam antequã ipſe vel reus liberetur:vt.ſ. eod.l.ſi mãdato meo. §.quotiẽs.&.l. Lucius. & C. eo.l. ſi pro ea. & ideò dicit quòd nõ agit, eo quòd te liberauerat: ſed ibi nec alia ex cauſa agit:quia nullus de illis caſibus eſt.

f *Contingere*. vt infra de euict.l.qui alienam.& infra de ſolu.l.is qui alienum.

præſtationibus [a] exſoluta ſit cauſa mandati, quàm quæ ipſo mandato inerant: ſi tamen hoc mandatori expedierit, [b] mandati erit actio.

Abeſſe videtur dos eo ipſo, ꝙ maritus ſuſtinet onera matrimonij.Bartolus.

XLVII. POMPONIVS *libro tertio ex Plautio.*

IVlianus ait, [c] ſi fideiuſſori vxor doti promiſerit quod ei cauſa fideiuſſoria debeat, nuptiis ſecutis confeſtim mandati aduerſus debitorem agere eum poſſe:quia intelligitur abeſſe ei pecunia, [d] eo ꝙ onera matrimonij ſuſtineret.

Solutio quando non liberat debitorem,non parit actionem mãdati: ſed reconciliata ſolutione naſcitur actio.Bar.

Si is qui pro te hominem [e] dare fideiuſſit, alienum hominem ſtipulatori dederit: nec ipſe liberatur,nec te liberat:& ideo mandati actionem tecum nõ habet. Sed ſi ſtipulator eum hominem vſuceperit,dicendũ eſſe Iulianus ait, liberationem contingere. [f] Eò ergo caſu mandati actio poſt vſucapionem demum tecum erit.

Qui parcit pudori alterius ad alterius commodum, non excuſatur.ſecus in eo qui parcit pudori proprio.h.d.& ſingularis eſt caſus iſte.Bartolus.

XLVIII. CELSVS *libro ſeptimo Digeſtorum.*

QVintus Mucius Scęuola ait, ſi quis ſub vſuris creditã pecuniam fideiuſſiſſet, & reus in iudicio conuentus cum recuſare vellet [g] ſub vſuris creditam eſſe pecuniam,& fideiuſſor ſoluẽdo [h] vſuras poteſtatem recuſandi eas reo ſuſtuliſſet: eam pecuniam [i] à reo nõ petiturum. Sed ſi reus fide-

A iuſſori [k] denuntiaſſet,vt recuſaret ſub vſuris debitã eſſe, nec is propter ſuã exiſtimationem [l] recuſare voluiſſet: quod ita ſoluerit, à reo petiturũ.hoc bene cẽſuit Scęuola. Parũ enim fideliter facit fideiuſſor in ſuperiore caſu,ꝙ poteſtatẽ eximere reo videtur ſuo iure vti. [m] Cæterũ in poſteriore caſu nõ oportet eſſe noxiæ fideiuſſori, ſi ipſe pepercſſet pudori [n] ſuo. B

Mãdatum quod fit ſolum gratia mãdatarij,nõ eſt obligatoriũ. Vel ſic:Mãdatum quod reſeruatur ad vtilitatẽ mandãtis,eſt verũ mãdatum. ſecus ſi ad vtilitatem ſolius mandatarij. Baldus.

Cum mando tibi, vt credendo pecuniã [o] negotium mihi geras, mihiq́; id nomen præſtes, meum in eo periculum, meũ emolumẽtum ſit:puto mãdatum poſſe conſiſtere. C Cęterùm vt tibi negotium geras,tui arbitrij ſit nomen, id eſt vt cuiuis credas, tu recipias vſuras,periculum dũtaxat ad me pertineat: iam extra mãdati formã [p] eſt:quemadmodum ſi mãdem vt mihi quemuis fundum emas.

Qui vendidit vt procurator, de euictione tenetur. Et ideò ſi euincit,exceptione repellitur. Itẽ qui mãdauit vẽdi rem ſuã ex vna cauſa,quã ſuam probat, ex alia cauſa nõ poterit vindicare.h.d. quam.l. not.quia eſt fortis.Bartolus. D

XLIX. MARCELLVS *libro ſexto Digeſtorum.*

SEruum Titii [q] emi ab alio bona fide,& poſſideo. mandato meo eum Titius vendidit, cum ignoraret ſuum eſſe.vel contra ego vendidi illius [r] mandato,cum fortè is cui heres extiterit, eum emiſſet. [ſ] De iure euictionis [t] & mandato [u] quæſitum eſt.

i *Pecuniam*.i.vſuram:quia de ea tantùm erat quæſtio.
k *Fideiuſſori*.conuento.
l *Exiſtimationem*.id eſt famam bonam conſeruandam. ſic ponitur.ỹ.de var.cog.l.cognitionem.Accur.
m *Suo iure vti*.ſ.negãdo vſuras deberi vel iuſtè vel iiuſtè:vt dixi.

n *Pudori*. Not. argu. emptorẽ poſſe de euictione agere, etiam ſi de calumnia nõ iuret, cum ſciat rem pertinere ad actorem: quia nõ debet compelli periurare:vt hic, & infra de actio.emp.l. emptorẽ. in princip. &. ỹ. de adminiſtra.tutorũ.l.quotiens.§.ſicut.& arg. ſupra de in lit.iuran.l.videamus.§.primo.&.ſ. tit.j.l.bona fides. §.incurrit. Emptor quandoque de euictione agere poteſt.

o *Pecuniam*.tuam.

p *Formam*. quæ videtur potius cõſiliũ fuiſſe,quàm mãdatũ obligatorium: vt.ſ.eo.l.ij. §.fin. & ideo nõ datur mãdati actio, niſi quãdo aliàs non eras mutuaturus:vt diximus.ſ. eo.l.ſi remunerandi. §. apud Iulianum.

SEruum.] CASVS. Habebã ſeruũ: Titius eũ emit à non domino:mãdauit mihi vt eum venderem: & vẽdidi eum ignorans eſſe meum. poſtea cõperi eum fuiſſe meũ: an Titius poſſit agere cõtra me manda.ne pretium petat:Et reſpon. quòd nõ:& aſtrictus ſum ad tradendũ emptori: neque eũ vindicare poſſum, ſi tradiderim: ſed Titi' mihi tenetur mã. ſi in aliquo mea interfuit,vt ſi eum aliter nõ eſſem venditurus. Sed pone quòd habebã ſeruum: &Titius eũ emit à nõ domino bo.fi. cui Titio ſucceſſi. mãdaui procuratori meo vt ipſum venderet:quia credebã eum meum eſſe ex cauſa hereditaria,cũ aliàs eſſet me':an mihi vindicanti ſeruum ab emptore, obſtet exce? Et dicitur quòd ſic.ſed contra eum qui vendidit eum teſtatori meo, habeo regreſſum nomine euictionis.Viuianus.

QVintus.] CASVS. Accepi mutuam pecuniam à Titio ſub E vſuris:& Seius pro me fideiuſſit:conuentus ego nolui ſoluere vſuras,dicens non eſſe promiſſas:vel promiſſas, ſed nudo pacto.fideiuſſ.volẽs bona fide agnoſcere eas, ſoluit: an iudicio mandati poſſit eas cõſequi?Et reſpõ quòd nõ.Sed quid ſi cõuentus fuerit fideiuſ.& ego denũtiauero ne vſuras ſoluat: & is propter cõſeruationẽ famæ ſuæ ſoluat:an repetere poſſit? Et reſpõ. ꝙ ſic:quia in primo caſu nõ fecit fideliter: licèt fideiuſſ. ſoluit. ſi velit mihi adimere ius meũ, per quod nego pecuniã deberi ſub vſuris:in poſteriori caſu nõ debet fideiuſ.verſari in dãno. [CVM MANDAVERO.]Mãdaui vt pecuniã tuam meo nomine Titio mutuares,& meo periculo,an cõſiſtat mãdatum?Et reſpõ.ꝙ ſic. hoc in prima.Si verò vt mutuares tuo nomine, & tuũ ſit cõmodũ & periculum potius eſt conſilium,quàm mandatum.Viuia.

g *Vellet*.vel falſò:vel etiã q̃a pacto tenus tãtũ debitæ erãt. Acc.
h *Soluendo*.ſcilicet extra iudicium.Accur.

q *Seruum Titij*.Duos ponit caſus: thema primi procedit vſque illuc,vel contra.quæſtio eiuſdem eſt ibi, & de mandato quæſitum eſt, an ſcilicet detur actio mandati directa,vel contra.Solu. etiam conſequenter ponitur,& puto Tit.&c. vſque illuc, contra mandator ſi rem &c. Alius caſus incipit ibi, vel contra.& eius quæſtio conſequenter ponitur, de iure euic. quæſitum eſt. Solu.autem eſt in fine.contra mãdator ſi rem &c. dic ergo, ſeruum Titij &c.
r *Illius*.ſcilicet Titij veri domini.
ſ *Emiſſet*.à non domino,cum Titius erat dominus.Ioann.cùm ex ancilla ſua erat natus.
t *De iure euictionis*.in ſecundo caſu.Azo.ſed certè & in primo ſimiliter de eo tractatur.Accur.
u *Et mandato*.in primo caſu.Azo. ſed certè in ſecundo ſimiliter de eo tractatur.

UNED

Et puto[a] Titiũ, quãuis quaſi procurator vendidiſſet, obſtrictum emptori:[b] neq; ſi rem tradidiſſet, vindicationem[c] ci cõcedendam: & idcirco mandati [eum non teneri:[d] ſed cõtraria mandati] agere poſſe, ſi quid eius interfuiſſet, quia fortè venditurus non fuerit. Contra mãdator[e] ſi rem ab eo[f] vindicare velit, exceptione doli ſummouetur,[g] & aduerſus vẽditorem teſtatoris ſui habet ex empto[h] iure hereditario actionem.

Qui ſo luit pro fideiuſſore, poteſt ab eo repetere, & fideiuſſor à principali. Bar.

x. Celsvs *libro trigenſimooctauo Digeſtorum.*

SI is qui negotia fideiuſſoris gerebat,[i] ita ſoluit[k] ſtipulatori, vt reum fideiuſſorémq; liberaret, idq́; vtiliter fecit, negotiorum geſtorum actione fideiuſſorem habet obligatum: nec refert, ratum habuit[l] nécne. fideiuſſor etiam[m] antequam ſolueret procuratori[n] pecuniam, ſimul[o] ac ratum[p] habuiſſet, haberet tamen mandati actionem.[q]

Fideiuſſor repetit debitũ quod ſoluit, ſi quid vltra ſoluerit. Bar.

Siue cùm frumentum[r] deberetur, fideiuſſor Africum[ſ] dedit, ſiue quid ex neceſſitate ſoluendi plus impendit,[t] quàm eſt pretium ſolutæ rei: ſiue Stichum ſoluit, íſque deceſſit, aut debilitate flagitióve ad nullum pretium[u] ſui redactus eſt, id mandati iudicio conſequeretur.[x]

Soluens ante diem per errorem iuris vel facti minus probabilem, non repetit: nec ante diem mandati agit Baldus.

B LI. Iavolenvs *libro nono ex Caßio.*

FIdeiuſſor quamuis per errorem[y] antè diem pecuniam ſoluerit, petere tamen ab eo[z] nõ poteſt: ac ne mandati quidem actionem antequam dies ſoluendi veniat, cum reo habebit.

In obligatione generis, liberatur quis dando viliſſimum quod eſt in ipſo genere. Bar.

LII. Idem *libro primo Epiſtolarum.*

C FIdeiuſſorem, ſi ſine adiectione bonitatis tritici pro altero triticum ſpopondit: quodlibet[a] triticum dando, reum liberare poſſe exiſtimo: à reo autem non aliud triticum repetere poterit, quàm quo peſſimo tritico liberare ſe à ſtipulatore licuit. Itaque ſi paratus fuerit reus,[b] quod dando ipſe creditori liberari potuit, fideiuſſori dare, & fideiuſſor id quod dederit,[c] id eſt melius triticum cõdicet:[d] exceptione eum doli mali ſummoueri exiſtimo.

a *Et puto*. ecce ſolutio primi caſus.

b *Emptori*. ad rem tradendam, & de euicti. caueat. qua cautione etiam finita procurator tenetur: vt ſupra de procura. l. procurator qui pro euict. ſecus autem in tutore & curatore: vt arg. contra C. de admini. tuto. l cum quidam. in ver. inuenimus. & eſt ratio, quia neceſſariũ eſt illud officiũ, hoc ſpontaneum: vt C. de nego. geſt. l. tutori. Accur.

c *Vindicationem*. imò videtur concedi ei rei vindi. quia errabat credens rem alienam, quę erat ſua: vt. j. de adqui. rerum domi. l. ſi procurator. quæ eſt contra. So. hîc indẽnis actione mãdati ſeruari poteſt, ibi non: quia non erat ſoluendo. vel hîc quãuis nõ amiſerit dominiũ, exceptione repellitur ſi petatur. vel hîc tanquã ſuam, licèt non crederet ſuam: argu. C. de bo. ma. l. j. ibi tãquã ꝓcurator vẽdidit. prima tamen verior eſt: vt not. plenè de hac materia. ſ. de offi. procur. Cæſ. l. j. cum multæ leges in hac materia ſibi inuicem contradicant. Et no. hîc quòd qui de euictione tenetur, non vindicat: vt infra de euictio. l. vindicantem. & ſic tractatur etiam hoc caſu de euict. non ſolùm de mandato.

d *Non teneri*. vt cedat actiones quas habet cõtra eũ cui vẽdidit, ad pretium: vel vt pretiũ ſibi ſolutũ reſtituat mãdatori. abeſt enim ſibi res ſua. vnde & retinet pretium amplius: & ſi quid plus interſit ſua, per contrariam mandati actionem petit: vt ſtatim dicit.

e *Contra mandator*. id eſt in contrario caſu. & ſic ſoluit hîc quæſtionem ſecundam.

f *Ab eo*. cui vendidit ſeruum procurator mãdato domini veri: qui tamen credebat ſe dominum tãtum ex hereditaria cauſa: & ideò quaſi tantũ ex hac cauſa dominus mandauit de vendendo, qui prius erat dominus: vnde non potuit fieri dominus ex hereditaria cauſa. nemo enim ex duabus cauſis dominus eſſe poteſt: licet poſſidere poſſit aliquis ex diuerſis cauſis: vt. j. de adquiren. poſſeſ. l. iij. §. ex plurimis. licèt ergo erraſſe videatur, tamen non reuocat proprium factũ ſuum. & eſt ar. ſ. de pign. act. l. rem alienam. j. reſpon. & . j. qui & à qui. l. ſi ſeruo alieno. & . j. de li. cauſa. filium. & . ſ. de rei vin. ſi à Titio.

Dominus quis ex duabus cauſis eſſe nõ poteſt.

g *Doli ſummouetur*. dolo enim vindicat quod vendere mandauit: ipſe enim vendidiſſe videtur: & ſic de mandato etiã hoc caſu tractatur.

h *Ex empto*. non ad duplum, licèt ſit permiſſa ſi res euincatur: quia non eſt verè euicta: ſed ex empto: cũ ſit quaſi euicta ad ſimplum: vt infra de hered. ven. l. ij. §. ſi Titius. & de euict. l. non tamen. & l. ſi ei cui. §. j. & . l. ſi vendideris. §. fina.

SI is.] casvs. Fideiuſſi pro te, geſtor. nego. meorum ſoluit. habebit te obligatum act. nego. geſt. ego te manda. etiam antequam ſoluam geſtori meo. [sive.] Promiſiſti Titio decem corbes frumenti: & Seíus pro te fideiuſſit. ſi Seius pro te frumẽtum ſoluat optimum, cum mediocre inuenire nõ poterit, & per ſolutionẽ eius contingat liberatio: an id iudicio mandati conſequi poſſit, quæritur. Et reſpon. quòd ſic. idem eſt ſi promiſit Stichum, & eum fideiuſſor ſoluit. Viuianus.

i *Qui gerebat*. ſine mandato. Accur.

k *Soluit*. nomine fideiuſſoris. Accur.

l *Ratum habuit*. cum enim ſibi ſit geſtum negotium vtiliter, cogitur habere ratum: vt. ſ. de neg. geſt. Pomponius.

A m *Etiam*. litera eſt communis: ſed fideiuſſor antequam ſolueret &c. ſecundum Py. eſt, ſed & ſi fideiuſſor antequam &c. Accur.

n *Procuratori*. ſuo, qui eius nomine ſoluit creditori qui gerebat negotia ſine mandato.

o *Simul*. id eſt ſtatim.

p *Ratum*. maximè. nã fingitur habere ratũ: vt modò dixim⁹, ſecũdùm Azo. Alij dicunt ꝙ licèt antè ratihabitionem ſit ſuum negotium quantum ad hoc vt teneatur, nõ tamen quantũ ad hoc vt agatur: vt hîc dicitur.

q *Actionem*. tum quia ipſe ſoluiſſe videtur quod alius pro eo ſoluit: tum quia id ei abeſt in quo eſt obligatus: vt. ſ. de neg. geſt. l. ſi quis mandato.

r *Siue cum frumentum*. ſcilicet in genere.

ſ *Africum*. quod eſt optimũ: quia aliud nõ inuenit. ſi enim inueniſſet, etiam mediocre poterat ſolui: vt dices. j. e. l. fideiuſſor. & facit ad hoc. ſ. e. l. ſi mandato. §. fideiuſſor.

t *Plus impendit*. propter pœnam.

u *Pretiũ*. propter moram. Accur.

x *Conſequeretur*. ſ. quãti tũc erat cum ſoluit: licèt poſtea deceſſerit: & ad nullum pretium ſit redactus: vt hîc, & . ſ. eo. l. hominẽ. Acc.

FIdeiuſſor.] casvs. Si fideiuſſor ꝓ debitore in diẽ ſoluerit, antè diem nõ aget mãda. antequam dies veniat, nec repetet. Viu.

D y *Per errorem*. iuris: ſecus ſi facti: vt quia dilatio erat data reo: vt. ſ. e. ſi fideiuſſor. §. non malè. & . §. ſi cum. imò & ſi facti, idem ſi modò idem facturus fuit, vt in ſuo proprio facto: quia credebat ſe purè promiſiſſe, licèt in diem promiſiſſet. tũc enim eſt idem ac ſi in iure erraſſet: vt. ſ. eo. idémque. §. penul. & facit ad. l. ſ. eod. ſi mandauero. j. reſpon. Accur. additio. Iſta gloſ. ſemper allegatur ad hoc propoſitum, quòd debitor in diem ſoluens antè diem per errorem facti probabilem, poteſt repetere. idem tenet glo. in. l. eum qui. C. de iur & fac. igno. ſecundum Bal. hîc.

z *Ab eo*. creditore. Accur.

FIdeiuſſorem.] casvs. Si fideiuſſor pro debitore triticum ſoluerit, quodlibet dando ſe liberare poſſet, nec aliud repetet. alioquin doli excep. ſibi obſtabit: neq; actione mãdati aliud cõſequitur quàm ꝙ ſoluendo ſe liberaret reus à creditore. Viuia.

a *Quodlibet*. etiam viliſſimum: vt arg. j. de leg. iij. nummis. & . ſ. E de condic. indebi. cum is. §. fi. & . j. de tri. vi. & ole. leg. l. cùm certũ. ſed nõ eſt ita: vt. j. de redhibi. ſi quid vẽditor. in fi. & . j. de leg. j. l. legato generaliter. & C. de donat. ſi quis argentum. §. ſi verò redditum. quæ ſunt ar. contraria. Vel dic, aliud in quantitatibus vbi exigua debentur: vt in primis concor. & hîc aliud in ſpeciebus, vel artificiis, vt in aliis: in vniuerſitatib⁹ autẽ eſt idem quod in ſummis: vt in. d. l. j. de ædil. edic. ſi quid. in fin. Accur. additio. Solue aliter ſecundũ Dy. hîc, & dicas quòd hîc loquitur in obligatione generis in quo nihil eſt reperire ita viliſſimũ quod habere non expediat, ibi loquitur in obligatione generis in quo reperitur ita viliſſimum quòd habere non expedit: ideò tenetur debitor ad mediocre &c. ſecundum Bar. hîc.

b *Fuerit reus*. ſcilicet frumentum &c.

c *Id quod dederit*. non neceſſitate. quod ſi feciſſet, poſſet id conſequi iudicio mandati: vt. ſ. eo. ſi is qui. §. fin.

d *Condicet*. ab illo pro quo interceſſerit.

Fideiuſſor poteſt habere obligatum principalem & aliũ: vel principalem tantùm, vel alium tantùm. Bartolus.

LIII. PAPINIANVS *libro nono Quæſtionum.*

QVi fide[a] alterius pro alio fideiuſſit præſente & non recuſante, vtroſque obligatos habet iure mandati. Quòd ſi pro inuito vel ignorante alterutrius mandatum ſecutus, fideiuſſit, eum ſolum conuenire poteſt,[b] qui mãdauit, non etiam reum[c] promittendi. Nec me mouet,[d] quòd pecunia fideiuſſoris reus liberetur. id enim contingit & ſi meo mandato pro alio[e] ſoluas.

B

Cũ ſeruus ſe mandat emendũ, emptione nõ ſecuta mandatũ eſt nullum: ea autẽ ſecuta, mãdatum reconualeſcit, vt dominus agere poſſit: non autẽ mandatarius cõtra dominum. Item ſi liber homo ſe emendum mandauit: contrariã mãdati actionem habet. Bar.

LIIII. IDEM *libro vicenſimoſeptimo Quæſtionum.*

CVm ſeruus extero[f] ſe mãdat emendum, nullum mandatum[g] eſt. Sed ſi in hoc mãdatum interceſſit,[h] vt ſeruus manumitteretur, nec manumiſerit:[i] & pretium conſequetur dominus vt venditor: & affectus ratione mandati agetur.[k] Finge filium naturalem vel fratrem eſſe. Placuit enim prudentioribus affectus ratione in bonæ fidei iudiciis habẽdam. Quòd ſi de ſuis nũmis emptor pretiũ dederit (neq; enim aliter iudicio vẽditi liberari poteſt[l]) quæri ſolet, an vtiliter de peculio agere poſſit. Et verius & vtilius videtur, prætorem de huiuſmodi contractibus ſeruorum non cogitaſſe, quibus[*] ſe ipſi mala[†] ratione dominis auferunt.[m]

Si apparet emptionem factã meo mandato non valere, procurator mihi tenetur cedere actionem, ſi quã habet efficacẽ: aliàs ſec⁹. Bar.

Si liber homo bona fide ſeruiẽs, redimi ſe mandauerit, ídque nũmís emptoris factum ſit, cõtraria mandati actione agi poſſe conſtat:[n] vt tamen actiones[o] præſtẽtur quas habet emptor aduerſus venditorem. finge non manumiſiſſe[p] liberã perſonam emptorẽ.

C

Furtum ſine contrectatione nõ committitur. Bar.

LV. IDEM *libro primo Reſponſorum.*

PRocurator qui non res incluſas ſubtraxit,[q] ſed traditas nõ reddidit:[r] iudicio mandati, non furti, tenetur.

Quæ cauſa dubitationis tollendæ contractibus inſeruntur, ius commune non lædunt. Bar.

LVI. IDEM *libro tertio Reſponſorum.*

D

QVi mutuam pecuniam dari mandauit: omiſſo reo pro-

a *QVi fide.* id eſt mandato expreſſo, puta: mandauit mihi Titius vt fideiuberem pro Seio: quod feci Seio præſente, & non cõtradicente, vtrumque ergo actione mandati cõueniam: vnum ex expreſſo, alium ex tacito, quia tacitè mandare videtur, pro quo præſente fideiubeo: vt hîc, &. ſ. eo. ſi remunerandi. §. ſi paſſus. & l. qui patitur. & C. e. ſi fideiuſſor.

b *Cõuenire poteſt.* Quid ſi alius tuũ negotium fecit te præſente? idem quod hîc, & in cõcor. niſi inter adultũ & curatorem: quia nõ præſumitur ſentẽtia in eis: aliàs ſic. ſed ſi ignores, tunc habet locum nego. geſt.

c *Non etiam reum.* actione mandati: ſed actio. neg. geſt. ſi contra ignorantem non inuitum, vel melius tãtùm mandantem cõuenit: cùm mãdator ipſe reũ liberaſſe per alium videatur: non fideiuſſor qui tantũ alterius mandati intuitu fecerit: vt diximus. ſ. de neg. geſt. ait prætor. §. fin.

d *Mouet.* ad dicendũ quòd ille pro quo interceſſit, mandati teneatur.

e *Pro alio.* abſente. qui non tenetur mandati.

CVm ſeruus.] CASVS. Mãdauit tibi ſeruus vt eum redimeres. an cõſiſtit mandatum vt tibi cõtra dominum de peculio, vel contra te domino detur actio? Et reſpõd. ꝙ nõ. hoc in prima. Si verò mãdauit vt eũ emeres, & manumitteres: ſi emeris, & manumiſeris, agam ego dominus ad pretium. ſi non manumittas, agam mãda. ego domin⁹ habita ratione affectionis meæ. hoc in ſecunda. Sed quid ſi nummis tuis redemeris, quia aliter non conſiſteret emptio, & tibi non contingeret liberatio: an poſſis agere de peculio? Et reſpond. ꝙ non cogitauit de hoc contractu. hoc in tertia. [SI LIBER.] Liber homo ſeruiebat mihi bona fide: mandaui Titio vt eũ redimeret, & manumitteret. Titius aget contraria manda. ad conſequendũ quod ſoluit, contra redemptorem, ita vt Titius cedat actiones contra me, ſcilicet condictionẽ indebiti & ex empto. Viuianus.

f *Cum ſeruus extero.* id eſt extraneo, non domino ſuo. tunc enim ſine dubio nullum eſt mandatum: quia dominus rem ſuam nõ poſſet emere: vt. j. de reg. iur. l. neque pignus. Accur.

g *Nullum mandatum.* vt vel extraneus contra dominum de peculio, vel vt dominus contra extraneũ ex tali mãdato agat venditione non ſecuta, vel etiam ſecuta, ſecũdum Azo. & bene plus dicit quòd nec ſeruus agit contra redemptorem ex hoc mãdato venditione non ſecuta, vel etiam ſecuta vẽditione. ageret enim & ſi nõ mãdaſſet de manumittẽdo: vt. j. de manumiſ. l. iiij. §. ſiue autẽ. ſed hoc eſt falſum: vt ea. l. de manu. §. ſi ab ignoto. & quod dicit. §. ſi autem. quòd non fuit dictum, verum eſt in contractu: dictum tamen fuerat prius inter eos: aliàs manumittere non cogeretur, vt dixi. Item quod dicit nullum, etiam hoc verum ab initio, ſecundum omnes: ſed ex poſt facto ſecuta venditione validum efficitur, ſecundum B. & Ioan. ſed Pe. contra.

h *Interceſſit.* à ſeruo, vt ipſe ſeruus manumittatur, vt ſubiicit. vel dic, à domino: & hoc mandatũ ſecũdum omnes eſt nullum, niſi de emendo mãdauerit: ſed emptione ſecuta cõualeſcit, ſecũdum omnes: & ſic mandatum prius inutile efficitur poſt vtile: ſicut & pactum in præfatione dictum: vt. ſ. de pact. item quia. in fi. & in

A contractibus innominatis: vt C. de re. permu. l. ex placito. Sed an poteſt agere venditor mandati vt ſibi retradatur? P. dicit ꝙ non: ſed vt manumittatur: vt hac lege dicitur. Bu. & Ioã. dicunt etiam ad retradendum poſſe mandati agi: vt C. ſi ſeruus ex. l. j. circa fin.

i *Nec manumiſerit.* ſcilicet emptor.

k *Mandati agetur.* vt manumittatur: nam de tradẽdo bene poteſt agere, etiã ſi non interſit ratione affectus, ſecundum Ioã. vt dixi. & no. hic conſiderari affectum. ſic. j. de tut. & ra. diſ. l. j. §. ſed nõnullos. &. j. de ſer. expor. ſeru⁹ ea. &. ſ. de mino. ſi in emptione. &. j. de euic. l. pater. in fin. Sed ar. contra. ſ. ad leg. Aquil. ſi ſeruum. &. j. de ope. ſer. l. fi. in fin. &. j. ad leg. Fal. l. pretia.

* Flo. quo † vide Cuia. lib. 13. obſ. c. 32.

l *Liberari poteſt.* niſi ſciens accipiat: vt. j. de act. empt. ex empto. j. reſpon. &. ſ. depoſi. l. j. §. eleganter.

m *Auferunt.* & ita de peculio nõ tenetur: vt hîc, &. ſ. de in rem ver. l. ij. & iij. in princip. & hac eadem ratione nõ tenet᷑, niſi ipſe ſe vendiderit, ſecũdum Azo. Sunt & alij caſus quibus dominus ex ſerui facto etiam de peculio non tenetur: vt ſi intercedat non in cauſa peculiari: vt. j. de fideiuſſo. ſeruus inſcio. Item ſi donet: vt. ſ. de pact. l. contra iuris. §. ſi filius. Item ſi voueat, ſicut & filiusfami. forte: vt. j. de polli. ſi quis rem. §. voto. ſecundum Azo. Item ſi iudicium vel arbitrium ſubeat: vt. ſ. de pecu. l. iij. §. ſi ſeruus. in caſu autem huius legis ſi de peculio teneretur, & ſeruo & pretio careret dominus. quòd ſi ſuis nummis conuenit ſeruus vt ematur, dominus de peculio non obligatur, vt dictum eſt: ſed poteſt conſiſtere ſeruus in iudicio contra emptorem vt manumittatur ex conſtitutione diuorum fratrum: vt. ſ. de iudi. qui ſe.

Dominus ex ſerui facto etiã de peculio non ſemper tenetur.

n *Conſtat.* contra eum qui eſt redemptus.

o *Actiones.* ex empto, & condic. inde. ſecundum Accur.

p *Manumiſiſſe.* ſcilicet etiã de facto. nam ſi manumiſiſſet. ſ. de facto (de iure enim nõ poteſt) de euic. actio periiſſet manumiſſione ſecuta: ſicut ſi eſſet mortuus: vt. j. de euic. l. ſi ſeruũ. & l. ſi mãcipium. in prin. ſecũdum quoſdã. tu dicas idẽ & ſi manumiſiſſet, ſecundũ Azo. & hoc dicit vt ſine quæſtione ꝓcedat. nec eñ ma-

E numittere poteſt: vt. ſ. de cõdic. cau. da. l. dedi. §. ſi liber. &. ſ. e. ſi ꝓcuratorẽ. §. ſi liber. & illa. l. ſi ſeruũ. loquit᷑ id ſtipulatiõe duplę.

PRocurator.] CASVS. Procurator meus, cui aliquam rem tradidi, eam mihi nõ reſtituit. an furti teneatur? Reſpond. quòd non, ſed mandati. Viuianus,

q *Subtraxit.* id eſt non contrectauit. Accur.

r *Non reddidit.* ſcilicet non contrectando cõtra domini voluntatem, ſed apud ſe retinendo. nam ſine contrectatione furtũ fieri non poteſt: vt. j. de fur. l. j. §. fi. & l. inficiando. j. reſpon.

QVi mutuam.] CASVS. Mandaui Titio vt mutuaret Seio decem ſub pignore: & conuenit vt Titius eligeret me vel Seium. ſi pignora non diſtrahit, eligere poterit. ſi diſtrahit, ad me Titius redire poteſt. [FIDEIVSSOR.] Debebam pupillo c. fideiuſſit pro me Titius, & in iudicio. c. obtulit: & quia nõ erat præſens tutor, cõſignauit & depoſuit: an ſtatim poſſit cõuenire me mandati? Et reſpon. ꝙ ſic. [NON IDEO.] Viſitaui limina

mittendi, & pignoribus non diſtractis eligi poteſt: quod vti liceat [a] ſi literis [b] exprimatur, diſtractis quoque pignorib⁹ ad eũ [c] creditor redire poterit. Etenim [d] quæ dubitationis tollendæ cauſa contractibus inſeruntur, ius commune non lædunt. Fideiuſſor qui pecuniam in iure obtulit, & propter ætatem eius qui petebat, obſignauit, ac publicè depoſuit: cõfeſtim agere mandati poteſt. [e]

Domino reuertente mandatum finitur; & ſi fuerit reuocatum debitum ex primo, non deuoluitur in ſecundo. Bar.

Non ideò minus omnis temporis bonam fidem explorari oportet. ꝙ dominus poſt annos quinque prouincia reuerſus, mox reipublicæ cauſa profecturus, non acceptis rationibus mandatum inſtaurauerit. [f] Cum igitur ad officium procuratoris pertinuerit, quicquid ex prima negotiorum geſtorũ adminiſtratione debuit, ad ſecundam rationem transferre: [g] ſecũdi temporis [h] cauſa priorem litem ſuſcipiet. Salarium incertæ pollicitationis [i] neque extra ordinem rectè petitur, neque iudicio mandati vt ſalarium tibi conſtituatur. [k]

Procurator ſumptus bona fide factos repetit, poſito etiam quod cauſa nõ habuit bonũ exitũ. Bart.

beati Iacobi: dimiſi procuratorem: poſtea redij: neq; exegi rationem adminiſtrationis: ſed eum procuratorẽ reliqui: & poſtea viſitaui limina beati Petri. non ſolùm inducitur in iudiciũ mãdati quod egit procurator tempore primo: ſed etiã quod tẽpore ſecundo. [SALARIVM.] Negotium meum geſſiſti: promiſi tibi quòd remunerarẽ te. ſed nõ expreſſi in quo. neq; officio iudicis neque actione mãdati ſalariũ tale petere poteris. [SVMPTVS.] Si per procuratorem ordinatũ ad cauſam non ſteterit quo minus cauſa finẽ acciperet: ſumpt⁹ quos fecit, repetit.

a *Vti liceat*. creditori vti iſta via electionis, ſi literis &c.

b *Si literis &c*. i. pacto quod in literis cõtinetur. ſ. vt ſit licitũ prius eligi mandatorem. ſed & ſi hoc non dicatur, idẽ tamen eſſet, ſecundum iura iſta: vt C. de fideiuſſ. l. nõ rectè. hodie contra: vt in auth. de fideiuſſo. §. j. colla. j.

c *Eum*. ſ. mandatorẽ.

d *Etenim*. Bene dixi, diſtractis pignorib⁹ in id quod deeſt ad mandatorẽ rediri: licèt pactum ꝙ mãdator poſſet eligi, fuerit interpoſitum: etenim &c. q. d. prędictum pactum ius cõmune nõ lædit: quia ius cõmune eſt vt poſſit eligere, & ꝙ vno electo poſſit ad alterum redire: vt C. de fideiuſ. l. nõ rectè. & l. iure noſtro. & l. reos. Itẽ not. hãc regulam: vt hîc, & j. de reg. iur. l. quæ dubitationis. & C. de teſta. l. teſtamẽtum. & j. de condit. & demon. l. ſi in diem. §. fin. Sed arg. contra. j. ſolu. ma. ſi cum dotem. j. reſpon. & infra de pac. dot. l. inter. §. cùm inter.

Depoſitione vt ſolutione, liberatio cõtingit.

e *Poteſt*. vt infra de fideiuſ. l. fideiuſſor qui minori. Depoſitione ergo liberatio contingit, vt ſolutione: vt C. de ſol. l. obſignatione. & de vſuris. l. acceptam. & ſupra depoſi. l. j. §. ſi pecunia. & ar. ſupra de procur. l. ſi reus.

f *Inſtaurauerit*. id eſt de nouo iniunxerit. Azo. & ſic aliud ſecũdum mãdatum eſt, licèt eædẽ perſonæ. ſic & j. de adul. ſi vxor. §. ſed & ſi qua. Quid autem ſi mandatum nõ inſtauraſſet: an videtur primum reuocatum ſola reuerſione? Reſpõ. hanc eſſe ſabbatinam quæſtionem. & poteſt induci quòd ſit reuocatũ illud generale de cauſa ſublata: vt. ſ. de iudi. l. ij. §. legatis. & j. pro ſoc. l. actione. §. item ſi alicuius. & eius cõtrarium de cauſa impulſiua: quòd licèt ceſſet, nõ tamen ceſſat factum: vt de Calphurnia diximus. ſ. de poſtu. l. j. §. ſexum. So. verius videtur reuocatum mandatũ, ar. opti. inſti. de pup. ſub. §. qua ratione finitur. Dico quantum ad geſtionẽ: ſed tamen durat quò ad hoc, quia eo recedẽte reſumere debet adminiſtrationẽ: vt C. de cur. fur. l. cum aliis. vel quod eſt veriſſimũ, ſecus in furioſo eſt, cui prouidetur per legẽ: cũ ipſe ſibi prouidere non poteſt. & interdicitur furioſo alienatio: & per legem cõmittitur curatori eius legitimo, vel datiuo: vt. j. de cur. fur. l. j. quod nemo dixerit in homine ſanæ mẽtis. hîc autem attẽde, an dominus reuerſus reſumpſit adminiſtrationẽ: & procurator deſtitit: & ita dicam finiri mandatũ, nec reſuſcitatum, ac ſi dominus aliũ procuratorẽ cõſtituiſſet: vt. ſ. de procu. l. ſi quis cum procuratorio. §. fi. an etiã reuerſo domino, & pręſente, & conſentiẽte vel verbo, vel actu, quærendo ab eo de geſtis, vel non cõtradicente procurator cœperit gerere: & tunc dicam renouari mandatum, vel nõ renouari: vt. j. loca. item quæritur. § fi. & C. de nup. l. ſi vt proponis. ſecundùm Azo.

Sumptus bona fide neceſſariò factos, etſi negotio finem adhibere procurator non potuit, iudicio mandati reſtitui neceſſe eſt. [l]

Mandatum non trãſit ad heredem mandatarij: & videtur electa perſonæ induſtria. Itẽ Publiciana non competit contra dominum. Bartolus.

LVII. IDEM *libro decimo Reſponſorum*.

MAndatum diſtrahendorum ſeruorũ, defuncto qui mãdatum ſuſcepit, intercidiſſe conſtitit. Quoniam tamen heredes eius errore [m] lapſi, non animo furandi, ſed exequendi quod defunctus ſuæ curæ fecerat, ſeruos vendiderãt, eos ab emptoribus vſucaptos videri placuit: ſed venalitiariũ [n] ex prouincia reuerſum [o] Publiciana actione non vtiliter * acturum: [p] cùm exceptio iuſti dominij cauſa cognita [q] detur: neq; oporteat eum qui certi hominis fidẽ elegit, ob errorem aut imperitiam heredum adfici damno. [r]

Mandatũ morte finitur, nõ actio mandati. Item nec obligatio quæ datur ex nego. geſto. Bar.

LVIII. PAVLVS *libro quarto Quæſtionum*.

SI præcedente mandato Titium defenderas [ſ] quamuis mortuo eo, cùm hoc ignorares: ego puto mandati actionem [t]

g *Transferre*. exigendo à ſe etiam in ſecunda adminiſtratione quod ex prima debebat. Accurſius.

h *Secundi temporis*. id eſt adminiſtrationis ſecũdo tempore ſuſceptæ. poteſt enim conueniri vt ex ſecunda: & hoc ſi expediret domino conueniri in ſecunda: vt quia in ſecunda procurator habuerit fideiuſſores, in prima non. aliàs ſecus: vt ſupra de nego. geſt. diuortio. & facit ad. §. j. de admi. tut. Lucius. in princip.

i *Pollicitationis*. re & genere: vt plenè dixi. ſ. e. ſalarium.

k *Conſtituatur*. ſcilicet poteſt agi.

l *Neceſſe eſt*. vt C. eo. l. etiam ſi contrariã. & ſ. de procura. l. qui proprio. §. litis. ſic in tutore: vt. j. de cõtra. ac. tu. l. iij. §. ſufficit. Sed contra. j. iudi. ſol. l. iij. §. in hac. vbi dicit poſſe repeti ſumptus demũ ſi obtinet in cauſa. Sol. illud obtinet in geſtore ſine mãdato: hîc in eo qui habet mandatũ. & eſt ratio in eo qui gerit ſine mandato: quia in ſententia apparet eum non vtiliter geſſiſſe: & ſic non agit: vt. ſ. de neg. geſt. ſed an vltro. §. i. Accur.

MAndatum.] CASVS. Si heres tuus credebat mãdatũ morte nõ finiri: & ideò teneri ad exequendum mandatũ, & ſeruos vẽdiderit: emptor eos vſucapere poterit. ſi tamen antè impletã vſucapionem à poſſeſſione cadat, & ad me redierint, non habet Publicianam: quia contra dominum non datur.

*Sic Flor. & in manuſc. ſed quidem notarunt in veteri exemplari Ràconeti legi, nõ inutiliter, quomodo & Haloander emẽdauerat quæ emendatio mihi perplacet. ea enim admiſſa, rectè priora cohærebunt poſterioribus, ſi & illud obſeruauerim⁹ illa verba, cauſa cognita detur ſic accipienda, Id eſt tãtum cauſa cognita detur.

m *Errore*. ſcilicet iuris. aliàs etiam facti, credẽs in perſona eorum iterari mandatum à domino, cùm non erat.

n *Venalitiarium*. id eſt emptorem ſeruorum, imò mangonem.

o *Reuerſum*. antè completam vſucapionem.

p *Acturum*. contra dominum poſſidẽtem: quia remouetur exceptione iuſti dominij: vt ſtatim dicit. Accur.

q *Cognita*. nã quandoq; etiã contra dominũ datur Publiciana: & ideo vertitur in hoc cauſæ cognitio: vt not. ſ. de Publi. l. fi.

r *Damno*. vt. j. de euict. l. rem hereditariam. in fi. Accur.

SI præcedente.] CASVS. Mãdaui tibi vt me defenderes contra Titium: deceſſi: & tu defendiſti, & ſumptus feciſti. licèt mandatum finitum fuerit morte, tamen nõ actio mãdati: vnde heres meus tenebitur. hoc in prima. Si verò ſine mandato me defendiſti, videris quodãmodo gerere negotiũ meum. & heres meus tibi tenebitur. [LVCIVS.] Debebam Titio. c. cùm inſtaret vt ſoluerem, Seius ei mãdauit vt non infeſtaret me: quia recipit in periculo ſuo. ſi creditores cõueniunt cũ herede de remittenda dimidia debiti, cùm Titius eſſet abſens: ſi Seius cõueniatur, an habeat except. vt conueniatur in dimidiã ſicut heres meus? Diſtinguit: cũ fiebat remiſſio, aut Titius erat præſens, aut abſens. ſi abſens, non dabitur exceptio Seio. ſicut enim creditori habenti pignus vel priuilegiũ, non præiudicatur per pactum aliorũ creditorũ: nec huic qui erat abſens: qui ſi fuiſſet præſens, ꝓclamaſſet: neq; ſi ſubmoueatur creditor à mandatore, cõſulitur heredi, ſed fideiuſſori, ſiue mãdatori, cum heres præſtaturus eſt iudicio mãdati cõuentus, quantũ præſtabit aliis creditoribus. & ſi creditor partem ab herede accepiſſet, quantum ad mandatorem ſibi præiudicauit. quia præſumitur conſenſiſſe remiſſioni. Viuianus.

ſ *Defenderas*. nec tamen lis conteſtata eſt.

t *Mandati actionem*. imò videtur nego. geſto. vt ſupra de iudi. l. de qua

de qua re.§.cùm abſentem.quæ eſt contra.Sol.ibi ſine mandato defendit : vt.j̃.proxi.reſpon.hîc cum mandato.vel hîc & ibi habet neg.geſt.actionem ad condemnationẽ ſolutam:quia de hoc mandatum non fuit:ſed ad ſumptus & ad ſimilia quæ ſunt mandata,vel quaſi,habet locum actio mandati:vt hîc dicit.Accur.

a *Morte*. Not.mandatum finiri,non actionẽ mandati : vt hîc, &.s̃. eod.l. inter cauſas. in prin.ſed videtur etiam mandatũ hoc caſu nõ finiri, ſed ita cogatur exequi : vt.s̃.de procu. ſi defunctus. quæ eſt contra.Sol.vt ibi.Item non videtur finiri : vt j̃.de manu. vin. l.ſi pater.in princ.quæ eſt ſimiliter contra. Sol. ibi fauore libertatis.

b *Mandatoris*. cum nõ ſit opus conſummatũ.

c *Soluitur*.ſi ſpõte fuerit conſummatum.

d *Suſcepiſti*.animo nouandi.

e *Quodammodo*. aliàs reſpicit, inſtitueras. nã libellus fortè datus,nõ autem lis erat conteſtata. vel reſpicit, defuncti:quia illũ defendis credẽs eum viuere: non tamen defendis : quia mortuus per neminem poteſt defendi: nec tenetur aliqua actione : vt. d. l. de qua re.§.cum abſentem.

f *Liberaſſes*.à quolibet alio debito.

g *Heredem*. qui exceptione doli eſt munitus contra eum cui eſt ſolutum : vt ſupra de iudi.de qua re.in fin.

h *Lucius*.debitor multorum.

aduerſus heredem Titij competere : quia mandatum morte [a] mandatoris, [b] non etiam mandati actio ſoluitur. [c] Quòd ſi ſine mandato defenſionẽ ſuſcepiſti, [d] negotium quodammodo [e] defuncti gerere inſtitueras:& quemadmodum ſi illum liberaſſes, [f] competeret tibi negotiorum geſtorum actio:ita poteſt dici & heredem [g] eius eadẽ actione teneri. B

Decretum iudicis pro debitore,nõ præiudicat creditori abſenti actione cõpetenti contra mandatorem, niſi conſenſerit.Bart.

Lucius [h] Titius creditori ſuo [i] mandatorem dedit : deinde defuncto debitore, [k] maiore parte creditorum conſentiente, à prætore decretum eſt vt portionem creditores ab heredibus ferant, abſente eo creditore apud quem mãdator extiterat. C Quero,ſi mandator conueniatur, [l] an eandem habeat exceptionem,quam heres debitoris. [m] Reſpondi, ſi præſens apud prætorem ipſe quoque conſenſiſſet, [n] pactus videtur iuſta ex cauſa : eáque exceptio [o] & fideiuſſori danda eſſet, & mandatori. Sed cùm proponas eum abfuiſſe, iniquum eſt auferri ei electionẽ, [p] ſicut pignus aut priuilegium, [q] qui potuit præſens [r] idipſum pro-

i *Creditori ſuo*. futuro, vel etiam præſenti : ſicut ponitur caſus. ſupra eo.ſi verò non remunerandi.§.ſi poſt.Accurſius.

k *Debitore*. Lucio Titio.

l *Conueniatur*. à creditore apud quem interceſſerat ad ſoluendum debitum.

m *Debitoris*. ſcilicet habet aduerſus alios creditores,qui conſenſerunt in certam portionem accipiendam : ſed & contra iſtum, licèt non conſenſerit,niſi hypothecariam haberet : vt.s̃.de pact. l.reſcriptum.circa princip.

n *Conſenſiſſet*.ſcilicet creditor apud quem mandator interuenit: de quo ſupra facta eſt mentio quòd abfuerat : quia & ſequens litera innuit ibi, ſed cùm,&c. non dicit de præſentia heredis debitoris : quia illius præſentia nõ eſt neceſſaria : cùm inter abſentes fiat pactum : vt.s̃.de pact.l.j.quod hîc exigit in creditore : vt hîc,&.s̃.de pact.& ſuum.§.fina.&.l.reſcriptum.

o *Eáque exceptio*. ſcilicet pacti,quæ datur reo.Accurſius.

p *Electionem*. conueniendi heredem debitoris,vel fideiuſſorem, ſiue mandatorem.& allegando dicit.Accurſius.

q *Priuilegium*. priuilegiato ergo non nocet aliorũ conſenſus in remittendo.& ſic eſt cõtra.s̃.de pac.reſcriptũ.in fi.j.reſpon.Sol. ibi in partes diſſentiebãt : hîc prorſus.vel hîc loquitur de eo priuilegiato qui & pignus habebat, vt quia in refectionẽ credidit: vt.j̃.in qui.cau.pig.ta.contra.l.j.ibi ſolum priuilegium,& ſic pignus conuentionale:vel priuilegium,id eſt pignus legale.Acc.

Abſens pro diſſentiente habetur.

r *Præſens*.id eſt ſi fuiſſet præſens.Et ſic not.ꝙ abſens pro diſſentiente habetur : vt hîc, &.j̃.de ritu nupt.in eo.§.deinde.&.s̃.de arbi.ſicut.Sed quid ſibi profuiſſet hæc proclamatio,cùm maiori parti ſtaretur?Reſpon.fortè traxiſſet alios in ſentẽtiam ſuam : vt s̃.de arbi.item ſi vnus.§.fina.Itẽ licèt non valuiſſet quo ad ipſum debitorem, valuiſſet tamen quo ad mandatorem : in quo etiam præiudicaret ſibi ſi præſens taceret : vt.s̃.eo.§.Accurſius.

ſ *Creditorem*. agentem contra mandatorem.



t *Quibus*. ſcilicet exactis in ſolidum.& ſunt datiui caſus.Accur.

A u *Eundem partẽ*.quã ceteris qui cõuenitur preſtabit.nam fideiuſſor,ſeu mãdator,priuilegiũ ſeu pignus nõ habẽt:vnde etiã ſi ſunt abſentes, coguntur ſtare pacto cæterorũ.vt.s̃.de pac.l.reſcriptũ.

x *Præſtaturus*. ſcilicet heres.Accurſius.

clamare,nec deſiderare decretum prætoris. Nec enim ſi quis dixerit ſubmouẽdum creditorem, [ſ] heredi conſulitur, ſed mãdatori, vel fideiuſſori, quibus [t] mandati iudicio eandem partem [u] præſtaturus [x] eſt.Planè ſi ab herede partem accepiſſet, [y] an in reliquum permittendum eſſet creditori fideiuſſorem cõuenire, dubitatum eſt.Sed videbitur conſentire decreto, conueniendo [z] heredem.

Qui mandato alterius ſtipulatur,in dubio non videtur adhibitus animo donandi.Bartolus.

LIX. IDEM *libro quarto Reſponſorum.*

SI mãdato Titij Calphurnius [a] pecuniam quam Titius credebat, ſtipulatus [b] eſſet non donandi animo : [c] mandati iudicio eum [d] ab herede Titij poſſe conueniri vt actiones ſuas præſtet. [e] Idem eſt [f] & ſi exacta eſt à Calphurnio pecunia.

Bona fides quæ in contractibus requiritur,facit vt quod non poſſum vt ego,poſſim vt alius.Bart.

Paulus reſpondit, fideiuſſorem qui rem pignoris iure obligatam à creditore emit, mandati iudicio conuentum ab herede debitoris [g] ablato † omni debito, reſtituere cum fructibus cogendum : neque habendum ſimilem

y *Accepiſſet*. ſcilicet creditor abſens.

z *Conueniendo*. ſcilicet tantùm, nõ ſolùm exigendo,vel accipiendo. & ſic no. de tacito cõſenſu : vt infra de lege con.l.pe.&.s̃.de inoffi. teſt.nihil.§.j.&.l.fin.

SI mandato.] CASVS. Mutuaui tibi pecuniam,quam à te Titius ſtipulatus eſt mandato meo, & non animo donandi. deceſſi.heres meus habet mãdati actionẽ contra Titium, vt ſibi cedat actionem quã habet aduerſus te: & ſi à te exegit Titius, heres mandati actionẽ habet vt repetat pecuniã.[PAVLVS.] Fideiuſſor nõ poteſt emere rem pignori obligatã à reo principali.[PAVLVS.]Titius pro me fideiuſſit, vel mandauit Seio vt mihi mutuaret:& promiſit ſe ſoluturum vſq; ad annum. ſi intra annum nõ ſoluat,an poſt annum teneatur? Dicitur ꝙ ſic. [PAVLVS.] Mandato Titij & Seij credidi tibi pecuniam. vtrumque in ſolidum mandati cõuenire poſſum. Si autem iudex vtrumque cõdemnet:ex cauſa iudicati vnumquẽque non in ſolidum, D ſed pro parte conueniam : quia pro parte facta fuit condemnatio in principali. [CREDITOR.] Mutuaſti mihi pecuniam ſub pignore : & dedi fideiuſſores. ſi pignus vendidiſti, & emptori euictum ſit : an contra fideiuſſores habeas regreſſum, quæritur: & an ſit differentia, promittis de euictione nécne? Diſtinguitur:an ſit conſecutus debitum, aut non.ſi non, non liberabitur fideiuſſor.eodem modo ſi promiſiſti de euictione,& euictum ſit pignus : reſtituere heres neceſſe habet pretium. ſi pignus fuerit euictum,non liberabitur.ſi ergo de euictione non tenearis.liberabitur. [ILLE.]Mandaui Titio vt decem tibi crederet ſub pignore:& mandaui me præſtaturum Titium indemnem tam nomine ſortis quàm vſurarũ quoad omnes:deinde pluries cõuentus non reſpondi.deceſſiſti.an morte tua liberer,quæritur.Et dicitur quòd vſque ad. xxx. an. durabit actio mandati contra me. [PAVLVS.] Mandaui Titio vt pecuniam meam mutuaret ſub idonea cautione. Titius non adhibuit fideiuſſorem, neque pi- F gnora.vtrum mandato ſatisfecit? Dicitur quòd non.Viuianus.

† Sic Flo.rectè, id eſt, recepto.Vet. manuſ. habent oblato, quod etiam Taurell. notauit.

a *Calphurnius*. qui creditor erat.Accurſius.

b *Stipulatus*. ſcilicet ab eo cui Titius credebat.

c *Donandi animo*. quod ſemper præſumitur : ſcilicet quòd non ſit donatio, niſi contra probetur per aliquas præſumptiones:vt s̃.eo.ſi verò non re.§.idem Papinia.&.s̃.de do.præ.l.Seia.

d *Eum*. ſcilicet Calphurnium.

e *Præſtet*. ſic &.s̃.eo.idémque.§.ſi cui.Accurſius.

f *Idem eſt*. quantum ad hoc vt heres Titij habeat actionem:ſed tamen altero caſu ad ceſſionem, altero ad ipſam pecuniam : & ſic non eſt per omnia idem.

g *Debitoris*. idem eſt & ſi conueniatur à ſecundo creditore hypothecaria : vt.j̃. de diſt.pign.l.ij.&.l. cùm ſecundus.§.ſi ſecundus.ſed videtur mandati actio non dari : imò de dolo : vt. C.de dolo.l.j.quę eſt cõtra.Sol.hîc nondum mandati actio finita erat tempore:& ideò mandati agitur : ibi ſic. hoc non placet:vt.s̃.de



UNED

dolo.l.ij.§.penul.vel non eſt mirū ſi hîc mādati, ibi de dolo agitur:cùm vtraq; famoſa ſit.hanc reproba per.l.s̃.de dol.l.ideóq;. vel aliter ibi de dolo:quia mādati non ſupererat actio, pacto vel acceptilatione inefficax effecta,nō tēpore. ſed hoc nō valet:vt.s̃. de dolo.l.ij.§.ſi quis. niſi ad hoc faciendū fuiſſet dolo inductus. Dic ergo dari actionē de dolo,id eſt mandati propter dolum,ſecundùm Azo. Item adhuc eſt contra. s̃. de nego. geſt.l.fideiuſſor.vbi dicitur quòd datur actio nego.geſt. Solu. vt ibi cum hoc autem concordat.j̃.de pign.l.ij. A

a *Extraneo emptori.* No. non eſſe admittēdum hunc fideiuſſorem vt quemlibet. ſic & infra de leg. ij.l. fina.§. quatuor.Sed argu. contra. ſupra de adop.ſi pater. §.qui duos.Accur.

b *Impedimento*. vt ſupra. eo. l.§. ille. & hoc niſi dixiſſet,nolo teneri exinde: quia tūc habet exceptionem:vt.j̃. de act.& ob.l. obligationum ferè. §.fi. in fi.

S*I ſocij.*] CASVS. Si plures ſint ſocij,& vnus debeat pecuniam ex cauſa ſocietatis in diem: & ante diem diuidatur ſocietas: ſocius non deducit illud debitum, ſed cauetur quòd adueniente die ſocius defendatur. Viuianus.

SI ſocij ſumus,& vnus ex die pecuniam debeat, & diuidatur ſocietas,non debet hoc deducere ſocius:quemadmodum præſens[a] debet: ſed omnes diuidere, & cauere,cum dies venerit,defenſu iri ſocium.

Si inter ſocios non fuerint partes adiectæ cum contracta fuit ſocietas: intelligitur facta ſocietas pro partibus æqualibus.hoc dicit vſq; ad.§.Ariſto.Baldus.

XXIX. VLPIANVS *libro trigenſimo ad Sabinum.*

SI non fuerint * partes [b] ſocietati adiectæ: [c] æquas eas eſſe conſtat. Si verò placuerit vt quis duas partes, [d] vel tres habeat, alius vnam:an valeat?placet valere: ſi modò aliquid plus contulerit ſocietati[e] vel pecuniæ,vel operę, vel cuiuſcumque alterius rei cauſa. C Ita coiri ſocietatem poſſe,vt nullius partem damni alter ſentiat, lucrum verò commune ſit, Caſſius putat.quod ita [f] demum valebit(vt & Sabinus ſcribit)ſi tãti ſit opera,[g] quanti damnum eſt.[h] Plerumque enim tanta eſt induſtria ſocij,vt plus ſocietati conferat,quàm pecunia:id eſt,ſi ſolus [i] nauiget, ſi ſolus peregrinetur, pericula ſubeat ſolus.

Illa ſocietas quòd vnus habeat lucrum,alius damnum:dicitur eſſe leonina:& non valet.Baldus.

Ariſto refert Caſſium reſpondiſſe ſocietatem talem coiri non poſſe, vt alter lucrum [k] tantùm, alter damnum ſentiret: & hanc [l] ſocietatem † leoninam * ſolitum appellare.Et nos conſentimus talem ſocietatem nullam eſſe, vt alter lucrum ſentiret,alter verò nullum lucrum,[m] ſed damnũ [n] ſentiret.Iniquiſſimum enim genus ſocietatis eſt,ex qua quis damnum,

a *Præſens*. ſcilicet debitum debet deducere. & facit.ſ.eo.l.proxi.

S*I nõ fuerint.*] CASVS. Si coitur ſocietas in pari pecunia, neq; adiiciatur de partibus lucri vel damni: dicitur quòd æquales erunt. ſed ſi dictum ſit quòd vnus habeat duas partes vel tres,alter vnam: quod intelligẽdum eſt cũ in ſocietate coëunda diſpariter cõfertur, vt ſubiicit: dicit quòd valet,ſi alter plus conferat vel induſtriæ, vel operæ,vel pecunię.Itẽ etiã valet illud pactũ, quòd alter habeat lucrum non totum, ſed commune, & nihil de damno: quod accidit in caſibus: vt ſubiicit. Ariſto tamen reprobat illam ſocietatem quaſi leoninam,in qua vnus debet habere damnũ totum, & nihil de lucro.iniquum enim genus ſocietatis eſt illud ex quo quis damnum tantùm, non lucrum ſperat.Viuianus.

* Ariſtot. 3. Politi.ca. 6.

b *Si non fuerit partes.* hoc caſu æqualiter cõtulerant pecuniam: vt ſtatim colligitur.

c *Adiectæ.* nec alicui[9] arbitrio commiſſæ: vt ſupra eo.ſi ſocietatem. Accurſius.

d *Partes.*lucri & damni: capitale tamen erat æquale.

e *Societati*. ſi autem non cõtulit plus, nunquid hoc pactũ valet? quidam, vt Azo, quòd non: vt hîc, & infra eo.quid enim.§.illud. & eſt ratio: quia ſocietas habet ius fraternitatis. vnde licèt aliàs huiuſmodi pacta ſeruẽtur:vt.ſ.depoſi.l.j.§.ſi conuenit.hîc tamen non valet:vt infra ea.l.§.fin.& infra eo.l.verum.j.reſpon.Alij dicũt, vt Io. quòd valet. & ſubaudiunt hîc,maximè.nam hoc ipſo quòd ſocius ſit, dicunt alij afferri commodi aliquid: vt argu. infra de contrahen. empt. fundi partem.Tertij,vt Al.dicunt quòd valet iure pacti,non iure ſocietatis.ſed prima verior eſt.

† Sic dictum à partitione prædæ, quã fieri voluit leo per aſinum & vulpem, vt eſt in apologo Æſopico.

* Vide Eraſ. Chil. 1 cẽt.7. prouerb. 89.

f *Quod ita*.maximè ſubaudi,ſecundum Io.Sed Azo conditionaliter:vt ſupra diximus proxi.reſpon.

g *Opera*.ſcilicet æſtimanda:vt diximus ſupra proxi.reſpon.

h *Damnum eſt*.id eſt periculum damni ſubeundi.

i *Solus*.id eſt ſine ſocio.Azo.Sed quid ſi perdatur pecunia talis: an ſit periculum commune?Reſpon.nõ:niſi hoc actum eſt: ſicut nec ſi alter qui operas præſtat moreretur,eſſet commune.Sed an poſſet vnus alium compellere operari,vel vt tantundem pecunię reportet vel reponat?Reſpon.non:quia finita eſt ſocietas interemptione rerum:vt infra eo.verum.§.fin.Accur.

k *Lucrum*.ſcilicet totum:vt infra hoc.§. alioquin valeret: vt inſti.eo.§.de illa.&.§.ideo.&.ſ.ea.l.in princ.quæ ſunt contra.

A

l *Et hanc*.ſcilicet Ariſto refert Caſſium ſolitum,&c.

m *Lucrum*.ſcilicet totum ſolùm,&c.Accurſius.

n *Sed damnum*.ſcilicet totum:vt ſubiicit.idem eſt ſi partem damni ſentiat, & nihil lucri. Azo. Sed cùm maiorem partem lucri, & minorem damni ex pacto poſſunt percipere: vt ſupra eadem.l.in princip. quis erit finis? videtur enim quòd ſi etiam vnum nummũ pro lucro habeat,& totum damnũ: quòd valeat. Sed reſpon. arbitrio iudicis hoc dirimendum:vt arg. ſupra eo. ſi ſocietatẽ. vel verius hoc valet vſque ad tres partes, non vltra. nã ſic figit hęc lex ſuos pedes:vt in princip. ſui dicit.

non etiam lucrum ſpectet. [o]

Lucrum dicitur deducto damno, & damnum dicitur deducto lucro.hoc dicit.Vel ſic:Duo contraria ſimul locum habere nõ poſſunt.ad hoc allegatur.Baldus.

XXX. PAVLVS *libro ſexto ad Sabinum.*

B MVcius libro quartodecimo ſcribit non poſſe ſocietatem coiri, vt aliam damni, aliam lucri partem ſocius ferat. [p] Seruius in notatis[q] † Mucij ait nec poſſe ſocietatem ita contrahi. [r] neque enim lucrũ intellegitur, niſi omni damno deducto,neque damnum niſi omni lucro deducto. Sed poteſt coiri ſocietas ita, vt eius lucri quod reliquum in ſocietate ſit, omni damno deducto pars alia feratur: & eius damni quod ſimiliter relinquatur, pars alia capiatur.

C

Ad hoc vt habeat locum actio pro ſocio, non ſufficit rem eſſe communem, niſi ſit ex cõuentione intercedente animo contrahẽdæ ſocietatis.aliàs ſi res ſunt communes alia de cauſa, habẽt locum alia remedia.hoc dicit vſque ad.l. nemo.Baldus.

XXXI. VLPIANVS *libro trigenſimo ad Sabinum.*

VT ſit pro ſocio actio, ſocietatem [ſ] intercedere oportet. D Nec enim ſufficit rem eſſe cõmunem, niſi ſocietas intercedat. Communiter autem res [t] agi poteſt etiam citra ſocietatem, [u] vtputa cum non affectione ſocietatis incidimus in communionem: vt euenit in re duobus[x] legata:itẽ ſi à duobus ſimul empta res ſit:aut ſi hereditas* vel donatio communiter nobis obueniat:aut ſi à duobus ſeparatim emimus partes eorum,non ſocij futuri:

† Gellius lib. 4. c. 1. citat Seruium in reprehenſis Sceuolæ capitibus.

o *Spectet*. qui lucrum expectat, expectet & damnum: & econtra: vt in eod.titu.ſi igitur. in fi.& de regu. iur. ſecundum naturam.

M*Vcius.*] CASVS. Contraxi tecum ſocietatem hoc pacto, vt duæ partes lucri ſpectarent ad me, & tertia pars dãni.dicit Mucius tale pactum non valere. Seruius dicit ꝙ nec de facto ſic cõtrahitur ſocietas, vt lucrum intelligatur niſi deducto damno. Viuianus.

p *Ferat*.in reſponſione bene dixit:ſed in ratione, quæ tamen non eſt hic,malè.dixit enim quaſi hoc ſit iniquum propter naturã ſocietatis: vt ſupra. l. proxi. in fi. & inſtitu.eo.§. de illa. & ideo in hoc redarguitur.Accur.

q *In notatis*.id eſt libro vbi reprehendit Mucium. Azo. Poteſt etiã eſſe lucrum & damnũ ſecundum vnum ſenſum: & non poteſt ſecundũ alium. item hîc de damno caſu accidẽti. ſecus ſi culpa: quia tunc nõ cõmunicatur, imò præſtatur,vt.ſ.eo. l.non ob eam.Accur.

* Eſt tamen hereditas ſocietati ſimilima, vt pulchrè declarat Cice. in orat ꝓRoſc. Comœd.

r *Contrahi*.etiam de facto.Mucius ergo,quaſi cõtra naturam ſocietatis eſſet,reprobauit pactum:ſed Seruius ideo,quaſi nunquã poſſit accidere lucrum & damnum in eadem ſocietate, ſecũdum Ioan.ſed certè quicquid dicatur in lege iſta,tamen lucrum & dãnum eſt in eadem ſocietate. aliàs enim qualiter vnum de altero deduceretur? loquitur ergo inſpecto exitu. ſimile in peculio, in hereditate,in fructibus, qui non intelliguntur eſſe niſi deductis impenſis:vt probauimus ſupra de pecu.l.iiij.§.ſi ęre.&.l.ſed& ſi, §.peculium.&.C.de bo.quæ libe.l.fi.§.ſin autem æs alienum. ſecundũ Azo.Itẽ huic.l.eſt cõtra.ſ.eo.de illo.in fi.Solu.vt ibi.Acc.

E

ſ V*T ſit.Societatem*.ſcilicet conuentionalem.

t *Res*.id eſt contractus,vel quaſi contractus celebrari: non tamen eo animo vt velint eſſe ſocij.alioquin eſſet ſocietas: vt.ſ. communi diui.l.ij.

u *Societatem*.ſcilicet conuentionalem.eſt tamen incidens ſocietas:vt no.ſupra eo.l.iiij.&.C.communi diui.l.penul.

x *Duobus*.ementibus.Accurſius.

Nam

a Nam. Cum ſine tractatu.contrahendæ ſocietatis incidimus in commu nionem.
b *Ipſa*.id eſt,ſine conſenſu.
c *Geſtum*.& ſic locum habet actio nego.geſto.
d *Videtur*.ſcilicet ſine ſocietate:& probat per exempla: vt, &c.

A quòd ſi aliquid ad ipſum peruenerit,quòd id communicet: vel ſi ſoluerit,quòd alius teneatur ſibi de eo refundẽdo pro parte. hoc eſt verum in omnibus bonæ fidei iudiciis.[SI TECVM.]Quod ex cauſa ſocietatis alter ſociorum conſecutus fuerit: iudicio ſocietatis & communi diuidundo conſequitur alter. Viuianus.

e Vt in conductionibus.non animo ſocietatis cõtrahendæ factis,alioquin ſunt ſocij:vt ſupra eo.l.v.
f *Publicorum*.vectigalium.
g *Et ideo*. quia habet fieri cum conſenſu.
h *Geſto*.nego.geſto.& communi diui.nam & furioſus tenetur : vt.j̃. de ac.&obli.l.furioſus. & facit ſupra communi diui.l.ij.Accur.
i Quibus caſibus.ſcilicet quando res ſunt communes ſine ſocietate . alioquin ſi cum ſocietate,agitur pro ſocio:vt infra eo.l. cum duobus.§.ſi in coeunda.&.§.item Mela.
k *Agitur*.ſi adhuc intentatum non eſt, neque tractatum:vt.C.fa mil.erciſcun.l.j.Accur.
l *Communi diuidundo*. vt.C. communi diui.l. penul.in fi.
m *Agi*.primo tamen famil.erciſc.ſecundum Azo . licèt videatur etiam ab initio communi diuid. agi : vt ſupra fa.erciſ.l.inter. in prin. & ſic etiam idem Azo dixit in ſumma cõmuni diuid.Accur.

Nemo.]CASVS. Nõ poteſt quis coire ſocietatem vt heres ſit ſocius : ſed datur in eũ actio,vt bonam fidem præſtet: culpam etiam præſtet prædeceſſoris ſui qui ſocius fuit : ſed heres nouo conſenſu poteſt eſſe ſocius,& incidet factum ſuum in actio.pro ſocio.& hoc dicit vſque ad.l.pro ſocio.Viuianus.
n *Nemo poteſt ſocietatẽ*. ſcilicet priuatam.ſecus in ſocietate vectigaliũ: vt infra eod.l. adeo. in princi. ADDITIO. Tu dic hoc eſſe verum, tribus tamen concurrentibus, ſcilicet quòd ſit ſocietas publicorum vectigalium,vel ſimilium:& quòd ſit facta mentio heredis:& quòd heres ſit idoneus:vt.l.verum.§.in heredibus.infra eo.ſecundum Bal.hîc.

XXXII. IDEM *libro ſecundo ad Edictum.*

Nam cùm tractatu habito ſocietas coita eſt, pro ſocio actio eſt:cùm ſine tractatu, [a] in re ipſa [b] & negotio * communiter geſtum [c] videtur: [d]

* Vul.in re ipſa negotium.

XXXIII. IDEM *libro trigenſimoprimo ad Edictum.*

Vt in conductionibus [e] publicorum: [f] item in emptionibus. Nam qui nolunt inter ſe contendere, ſolent per nuntium rem emere in commune, quod à ſocietate longè remotum eſt. Et ideo [g] ſocietate ſine tutoris auctoritate coita,pupillus non tenetur:attamen communiter geſto [h] tenetur.

B

XXXIIII. GAIVS *libro decimo ad Edictum Prouinciale.*

Qvibus caſibus [i] ſi quid fortè vnus in eam rem impenderit, ſiue fructus mercedéſve vnus perceperit,vel deteriorem fecerit rem : non ſocietatis iudicio locus eſt:ſed inter coheredes quidem familiæ erciſcundæ iudicio agitur: [k] inter cæteros communi diuidundo . [l] Inter eos quoque, quibus hereditario iure communis res eſt,poſſe & communi diuidundo agi. [m]

C

Societas non trãſit ad heredem ex conuẽtione ſocij: ſed actio pro ſocio bene tranſit tam pro culpa ipſius defuncti,quàm pro dolo heredis . ex conuentione tamen heredis poteſt reuocari ſocietas.hoc dicit cum duabus ſequen.

XXXV. VLPIANVS *libro trigenſimo ad Sabinum.*

Nemo poteſt ſocietatẽ [n] heredi ſuo ſic parere, vt ipſe heres [o] ſocius ſit.in heredem autem ſocij proponitur actio,vt bonam fidem præſtet: [p]

D

XXXVI. PAVLVS *libro ſexto ad Sabinum.*

Et acti etiam culpam,quam [q] is [r] præſtaret,in cuius locum ſucceſſit,licèt ſocius(non)ſit.

E

XXXVII. POMPONIVS *libro tertiodecimo ad Sabinum.*

Planè ſi hi qui ſociis heredes extiterint,animũ inierint [ſ] ſocietatis in ea hereditate,nouo cõſenſu: quod poſtea geſſerint, efficitur vt in pro ſocio actionem deducatur.

Cautela futurorum ſpectat ad iudicem tam in generalibus iudiciis quàm ſpecialibus, vbicunque æquitas ſuadet. Baldus.

XXXVIII. PAVLVS *libro ſexto ad Sabinum.*

Pro ſocio arbiter, [t] proſpicere debet cautionibus [u] in futuro damno,vel lucro pẽdente ex ea ſocietate.quod Sabinus in omnibus bonę fidei iudiciis exiſtimauit, [x] ſiue generalia ſunt, veluti pro ſocio, [y] negotiorum geſtorũ, tutelæ:ſiue ſpecialia,veluti mãdati, [z] commodati,depoſiti. Si tecum ſocietas mihi ſit, & res ex ſocietate communes:quam impenſam in eas fecero , quóſve fructus ex his rebus ceperis:vel pro ſocio, vel communi diuidũdo me conſecuturum, [a] & altera actione alteram tolli [b] Proculus ait.

XXXIX. POMPONIVS *libro decimotertio ad Sabinum.*

Si fundus mihi tecũ communis ſit,& in eum mortuum intuleris, [c] agam tecum pro ſocio. [d]

Societas ad heredem non trãſit: tamen inchoata per defunctũ debent per heredẽ explicari.h.d.Bal.

XL. IDEM *libro ſeptimodecimo ad Sabinum.*

Heres ſocij quãuis ſocius non eſt,tamen ea quę per defunctum inchoata ſunt,per heredẽ [e] explicari debent: in quibus dolus eius admitti poteſt: [f]

Stipulatio pœnalis non nouat præcedentem obligationem, niſi ex cauſa non oneroſa factam: ſed exactione facta per vnam tollitur altera quatenus concurrunt. Bal.

XLI. VLPIANVS *libro vicenſimo ad Edictum.*

t *Pro ſocio arbiter* . id eſt iudex in actione pro ſocio cognoſcens. Acc.
u *Cautionibus*. ſcilicet interueniẽtibus pro futuro damno vel lucro: vt ſubiicit.Sed videtur quòd tractus futuri tẽporis ad iudicem non pertineat : vt infra de vſur. l. j. quæ eſt cõtra. Sol.hoc cum id futurũ pendet ex præſenti vel præterito:vel hîc ex cõtractu præterito,ibi autem ex futuro pendet. Vel dic quòd hæc cautio venit gratia aliarũ rerum quæ in ſocietate veniunt. per ſe enim non veniret : ſicut & quod ex furto quæſitum eſt, non venit per ſe in ſocietatẽ,venit tamen ſi fuerit collatum cum aliis: vt infra eod. quod autem.ſic & nomina nõ per ſe,ſed gratia corporum veniunt in fa.erciſ.iudicium: vt ſupra fa. erciſ.l. ij. in fi. ſed vt dixi , ſic ratione præſentis vel præteriti aliàs etiam cauetur in futuro:vt hîc, & ſupra ſi ſer.vin.l. egi. & infra de aqua plu.arcẽ.l. Atteius.§.fin.
x *Exiſtimauit*. vt.s̃.de iud.l.in omnibus. &.§. de neg.geſt.l.iij.in fi.& ſupra titu.j.ſi mandato meo.§.item ſi cum.
y *Pro ſocio*. idem in actione communi diui. dicitur : vt ſupra communi di.l.cùm ſocij.de his tamen generalibus &ſingularibus,& qualiter fiant libelli in eis, dixi plenè.s̃. de eden.l. j.§.j.& dicas quòd erãt ſocij omniũ bonorũ.
z *Veluti mandati* . cùm ſpeciale vnius rei tantùm fuit mandatum.
a *Conſecuturum*.vt infra eo.cum duobus . §. item ſi in communem.
b *Tolli*.in id qđ exactũ eſt:vt.j̃.eo. ſi actũ. Ac.

o *Vt ipſe heres*.in mandato & depoſito ſecus eſt:quod dic vt no. ſupra de his qui not.infa.furti.§.penulti.
p *Præſtet*.ex ſua perſona.nam vetera negotia debet explicare, licèt non ſit ſocius:ſed noua inchoare neceſſe non habet:vt hîc,& infra.l.proxi.& infra eo.l.heres ſocij.Accur.
q Et acti.Quam.ſcilicet culpam.
r *Is*.ſcilicet defunctus.Accurſius.
ſ Planè.Interim.& ideo cœperint facere ſocietatem de nouo. & fecerunt.

Pro ſocio.]CASVS.Si ſocij velint ſocietatem diſtrahere, & aliquid debeatur ſocietati , cauere debet vnus ſocius alteri,

c Si fundus.Intuleris.quandoque aliquis habet ius inferẽdi, nõ tamen facit locũ religioſum:vt ſi ſocius ſuũ mortuũ inferat in locum cõmunem:vt.s̃.de relig.l.ſunt perſonæ . quãdoque verò & habet ius inferẽdi,& facit locũ religioſum:vt ſi ſocius inferatur,cũ non alibi tã cõmodè poſſit inferri:vt.s̃.de reli.l.ſi plures.Item dicas quòd hic erat cõmunis ex ſocietate. aliàs enim fami.erciſ.vel communi diui.agitur,vt.s̃.de reli.l.ij.§.an & ſocius.
d *Pro ſocio*. vt damnũ ſarciatur: vt.s̃.de reli.l.locũ.§.j.&.l. is qui. poteſt etiã in factũ agi vt corpus tollatur, vel pretiũ partis præſtetur:vt.s̃.communi diui.l.ſi quis putans.§.ſi quis in cõmunem.
e Heres ſocij.Per heredem. qui ſit legitimæ ætatis: ſic in herede tutoris:vt.j̃.de hered.tu.l.j.§.heredis.Azo.& eſt ad.l. ſupra de nego.geſt.l.nam & Seruius.§.ſi viuo Titio.
f *Poteſt*.ideoque punitur.Accurſius.

S*I quis.*] CASVS. Si ſocius à ſocio ſtipulatus fuerit de dolo in ſocietate non committendo, & promittat pœnam ſi dolus committatur: non pro ſocio, ſed ex ſtipulatu agetur ad pœnam: ſi non minus fuerit in pœna, quàm in intereſſe. & hæc pœna his qui eam conſecuti ſunt, ſi alter debitor ſit, imputabitur in ſortẽ. Viuianus.

SI quis à ſocio pœnam ſtipulatus [a] ſit, pro ſocio non aget, ſi tantundem in pœnam [b] ſit, quantum eius interfuit.

XLII. IDEM *libro quadrageſimoquinto ad Sabinum.*

QVod ſi ex ſtipulatu eam conſecutus ſit: poſtea pro ſocio agendo hoc minus [c] accipiet, pœna ei in ſortem imputata.

Actio communi diuidundo, nõ tollitur per actionem pro ſocio: quia habent ſe vt excedẽtia & exceſſa. Baldus.

XLIII. IDEM *libro vicenſimooctauo ad Edictum.*

SI actum ſit communi diuidũdo, nõ tollitur pro ſocio actio: quoniam pro ſocio & nominum rationem habet, [d] & adiudicationem non admittit. [e] Sed ſi poſtea pro ſocio agatur: hoc minus [f] ex ea actione [g] conſequitur, quàm [h] ex prima actione conſecutus eſt.

a *Stipulatus.* ſi dolum vel culpam commiſerit alteram.

b *In pœnã.* refert ergo an ſit minus, vel plus: vt hîc dicit. Sed contra s̃. de arbi. l. non diſtinguemus. in prin. Solu. ibi ſuccedit pœna loco contemptus arbitri. vnde non impeditur ſortis petitio, licèt etiam pœna petatur: vt. j̃. eo. tit. l. ſi quis rem. hîc autẽ loco rei: & ideo pœna petita non petitur res: vt. j̃. de except. do. apud Celſũ. §. Labeo. & ſic intereſt, vt in id quod deeſt, nõ noceat: vt. j̃. eo. l. proxi. Itẽ opponitur: aut hæc ſtipulatio pœnalis fuit animo nouandi, aut non. Primo caſu nec in eo quod deeſt, poteſt agi. In ſecũdo remanet efficax vtraq;. Solu. dicas tolli pro ſocio, ſi tantũ eſt in pœna, ꝓmiſſum ſcilicet & exactũ: vt. j̃. l. proxi. aliàs nõ: & ſic eſt nouatio. Vel dic, ꝙ ſi dubium eſt an nouandi animo an non ſtipulatus ſit pœnam, inſpiciendum eſt an tantũ ſit in pœna, quantum interſit eius. tũc enim præſumitur nouandi animo factum: vnde poſtea pro ſocio non aget. ſi verò minus ſit in pœna, præſumitur non eſſe factum nouandi animo: vnde poteſt agi in id quod deeſt pœna exacta. Vel tertio dicas, ſecũdum Azo. quòd indiſtinctè fuit nouatio. ſtipulando enim pœnã certam, in tantùm videtur repudiaſſe actionem pro ſocio: vt. j̃. de actio. & oblig. l. obligationum ferè. §. fin. habita de facili nouationis coniectura, ſecũdum has leges: vt inſtit. qui. mo. tol. oblig. §. ſed cum hoc. Accur.

c Q*Vod ſi ex ſtipulatu. Hoc minus.* i. tanto minus. ſed videtur ꝙ lucro deberet pœna cedere creditoris: vt. j̃. de reg. iur. l. quod à quoquam. & j̃. de ſolu. id quod pœnæ. & s̃. de pigne. act. ſi pignore. in prin. quæ ſunt contrariæ. Solu. refert, an ſit legalis pœna, & ſic loquuntur leges contrariæ. an conuentionalis: & tũc quia loco rei ſuccedit, non poteſt vtrunque peti: vt hîc, & infra de except. do. apud. §. Labeo. & infra de act. empt. l. prædia. Item lex illa, prædia. videtur eſſe contraria in eo quòd hîc ipſo iure dicit tolli primam: vt diximus. ſupra per nouationem. ibi verò dicit per exceptionem. ſ. intentionis vel facti: vt ibi diximus.

S*I actum.*] CASVS. In communi diuidundo actione tantùm venient corporalia, non nomina. Item in actione pro ſocio non venient adiudicationes, cùm per eam non diuiſio, ſed communicatio fiat. ſed tanto minus conſequitur per actionem pro ſocio, quantum plus conſecutus eſt per act. communi diui. Viuia.

d *Rationem habet.* quod non habetur in communi diui. vt ſupra communi diui. l. per hoc.

e *Admittit.* cũ non fiat diuiſio per eã, ſed cõmunicatio: vt no. in d. l. cõmuni di. ſed ad perſonales pręſtationes cõueniũt. & de hoc ſubiicit in prima parte. ꝓ ſoc. & cõmuni diui. habẽt ſe vt excedẽtia & exceſſa: in ſecũda cõueniũt in perſonalibus præſtationibus.

f *Hoc minus.* Nota quòd in perſonalibus præſtationibus conueniunt, vt in damnis & fructibus: ſed in diuiſione vel adiudicatione excedit communi diu. actionẽ pro ſocio: & econtra actio pro ſocio excedit in omnibus: vt hac. l. colligitur. primum colligitur ex fi. ſecundum ibi, & adiudicationem, &c. tertium ex princ. &c.

g *Actione.* ſcilicet actione pro ſocio inter ſocios.

h *Quàm.* id eſt quantum. Azo. & dic vt not. ſupra communi diui. l j. & ſupra eo. pro ſocio. §. fin. Accur.

S*I margarita.*] CASVS. Dedi margaritam, vt ſi venderes eã pro decem. x. mihi redderes. ſi plus, illud tuum eſſe. Dicitur quòd ſi hoc dixi animo contrahẽdæ ſocietatis, eſt inter nos act. pro ſocio: ſi non, actio præſcrip. ver. Viuianus.

A i *Si animo.* quòd colligitur ex qualitate perſonarum & negotiorum. nam ſi hic venditor margaritarum erat, ſicut & venditor librorũ: præſumitur nõ animo ſocietatis, & ſic datur præſcrip. ver. vt hîc, & j̃. de pręſcrip. ver. l. ſi tibi rem. ſi autẽ promiſit mihi ꝙ in in Alexandriam foret portaturus, tunc eſt ſocietas: & ſic agitur pro ſocio: vt hîc, & j̃. eo. l. cum duobus. §. itẽ ex facto. Azo.

XLIIII. IDEM *libro trigenſimoprimo ad Edictum.*

SI margaritam tibi vendẽdam dedero, vt ſi eam decem vendidiſſes, redderes mihi decem: ſi pluris, quod excedit, tu haberes: mihi videtur, ſi animo [i] contrahendæ ſocietatis id actum ſit, pro ſocio eſſe actionẽ: ſin minus, præ-
B ſcriptis verbis.

Actio rei perſecutoria non tollitur per pœnalem: nec ecõuerſo: ſed vna perſecutoria aliam bene tollit. Bartolus.

XLV. IDEM *libro trigenſimo ad Sabinum.*

REi communis nomine cum ſocio furti agi poteſt, [k] ſi per fallaciam dolóve malo amouit, vel rem communem celandi animo contrectet. Sed & pro ſocio actione obſtrictus eſt: nec altera actio alteram tollet. Idémque in o-
C mnibus bonæ fidei iudiciis dicendum eſt. [l]

R*Ei communis.*] CASVS. Si ſocius rẽ cõmunẽ contrectet: & furti, & pro ſocio actio cõpetit: neq; altera alterã tollit. idem in omnibus bo. fi. iudi. vt cõpetat furti ex ea cõtrectatione: vt in act. mãda. locati. neg. geſt. tutelæ. ſi tamẽ pro ſocio actũ fuerit, tollitur cõdictio furti. nec tamen facilè præſumitur ꝙ ſocius faciat cauſa furandi, vel celandi: ſed potius iure ſuo, & ratione ſuæ partis quam habet iure ſocietatis. vnde ſi ſeruũ cõmunẽ vnus ſociorũ celauerit: nõ tenetur lege Flauia propter prædictã præſumptionem: verũtamen ſi probetur eũ ſuppreſſiſſe, tenebitur. & hoc dicit. l. illa, meritò. quia coniungitur cũ. l. ſed ſi ex cauſa. & cõtinuè debet legi cum duabus ſeq. vſq; ad. §. ſi damnum. & ille. §. continuatur cum tribus. ll. ſeq. quæ planæ ſunt. Vi.

Verba ſunt Sabini, vt patet ex l. 51. j. c.

k *Agi poteſt.* vt infra de fur. ſi ſocius.

l *Dicendum eſt.* vt furti competat & ex eo contractu. & ſic etiam in cõmodato ſecũdũ hoc, vt ſi rei cõmodatæ tibi feceris furtum, vtraque tenearis: nec vna per alterã tollitur: vt hîc, vt. j̃. de act. & obli. l. qui ſeruũ. Sed cõtra. j̃. de fur. is cui. vbi dicit tolli commodati ipſo iure, ſi furti eſt actũ. Itẽ ſi cõmodati, dicitur ibi ꝙ furti actio tollitur per exceptionẽ. Sol. hîc nõ tollitur, ſcilicet ipſo iure: ſed per exceptionẽ: vt ibi. vel ibi actor ſciuit rẽ eſſe ſurreptam. Vel ſpeciale eſt ibi in actione commodati: & ideò quia accipiens cõmodatũ, grauius obligatur quàm aliquis alius, quia de leuiſſi-
D ma culpa: & ideo in hoc releuetur. ſed hoc nõ valet, quia & procurator æquè obligatur, cùm etiã de leuiſſima culpa teneatur: vt C. mãda. l. à procuratore. licèt quidam dicant contra. & tamen in procuratore vna per alterã non tollitur: vt. j̃. l. proxi. Vel diſtingue, an agitur propter rem tantũ actione cõmodati: an propter intereſſe. nã ſi propter rem, poſtea furti agetur. aliàs non, ſecundũ Ir. Vel dic ſecundum. V. an feci mentionem furti, vel ago cõmodati pro illa re in qua furtum feciſti, & tunc nõ agam poſtea furti. an non: & tunc poſſum. Vel dic, ſpeciale in cõmodato, alia ratione: quia ſi dolo etiã cõmodatarij res abſit: tamen poſtea præſtita æſtimatione litis, cogitur commodatario cedere actionem: vt. j̃. de re iudi. l. in depoſiti. ſic ergo poſtea furti non aget. ſed & hoc non placet: quia non tantum commodatario, ſed etiam depoſitario, qui de ſolo dolo tenetur, ceditur actio: vt ibi dicitur. multò magis ergo ceditur mandatario, qui de omni culpa tenetur. nam & prędicta. l. in depoſiti generaliter eſt intellecta in om-
E nibus bo. fid. iudiciis. Solue ergo, & dicas ꝙ in. d. l. de fur. fuit actum actione furti, id eſt condictione furtiua: & ſic tollitur commodati: vt. j̃. l. proxi. ſed ſi ex cauſa. j. reſpon. & hîc bona ſolutio. Hodie verò etiam furti & commodati tolluntur ſola electione, licèt alij dẽtur poſtea: vt. C. de fur. l. fi. §. j. Item ei quod dicit, vnã per alteram non tolli, prout ad mandatum refertur: vt hac. l. & infra. l. proxi. eſt contra. C. de fur. l. j. vbi dicitur, vel mandati vel furti eligi. nam electione tolluntur. Solu. ibi loquitur cùm alius, non actor mandauerat: & ideo datur electio agenti, vel vt mandatum ratum habeat, & ex eo agat. vel furti, dicens alios ſine ſua voluntate contrectaſſe. vtrumq; autem non poteſt facere, quia contraria ſunt. nam ſi agit mandati, ratam habet contrectationem. ſi furti, non agit mandati, & nõ habet ratũ. hoc enim in actione furti intenditur, nec debuiſti contra meam voluntatem pecuniam contrectare. & cùm agit poſtea mandati, videtur approbare contrectationem: ſicque vt ſibi contrarius repellitur: vt infra

Actio vna an per aliã tollatur.

vt infra quando ap. ſit.l.ij.§.ſed ſi alius. & ſupra de peti.hered.ſi teſtamentum.in fi.quia ratione eiuſdem contrectationis & mãdati quaſi ſit mandatum,& furti quaſi non ſit mandatum, experitur.hic autem actor geſtioné mandauerat : procurator deinde inuito domino res contrectauerat. ſi agit vtraque, non ideò ſibi contradicit:& ideo admittitur : vt hîc dicitur,& ſupra tit.j.ſi mãdauero. §. ſi tibi. Item contra ſupra nau.cau. ſtabu.l.idem.§.fin.Sol. vt ibi.Accurſius.

a *IDe eſt & in colono.* qui res domini in prædio conſiſtẽtes celat animo furandi. Ac.

b *SEd ſi ex cauſa. Aquilia.* vt.ſ.ad legem Aquil.ſed & ſi cõmunem.&.l.ſeq.

c *SEd actione. Vtraq; actio.* Sed nonne actio.l.Aquil. pœnalis eſt poſt inficiationem, item & ſine inficiatione?Reſpõ.licèt ſit pœnalis,rei tamẽ æſtimationẽ perſequitur: vndè poſtea non intenditur:vt.j.de act.& obli. qui ſeruum.§.fin.

d *MErito autem adiectũ eſt.* ſcilicet illud quod ſequitur:vt ſ.eo.l.rei communis.

e *Inire.* notabilis eſt hæc præſumptio : vt hîc,&.ſ. de ſer. cor.l.ſi quis ſeruũ communẽ. in fin.j.reſpon. &.j.de iniur. itẽ apud Labeonẽ.§.ſi cõmunẽ.&.j.de reg. iur. ſemper in dubiis. Sed ar. cõtra.j.de leg. ij. vnũ ex familia. * L.45.ſ.e. §. ſi de Falcidia. &. C. quando & qui. quar. pars.l.ij.in medio legis. vbi dicitur quòd naturale vitium eſt negligi quod cõmuniter poſſidetur:ſed tamẽ ſi quid in ea fiat, aliter præſumitur : vt hîc dicitur.

f *Et ideò.* q. d. quia quaſi re ſua abuti videtur : ideò videamus ſi ſeruum cõmunẽ ſuppreſſit, vel alio modo in legem Fauiã incidit: vt.C. ad.l. Faui. de pla.l.pe. an ſocio teneatur? Et videtur quòd non.nam ratio facit, vt nõ teneatur, ſcilicet prima facie propter notabilem præſumptionem.vel ratio. ſcilicet ne propter ſolum vſum teneatur.ſed ſi vendiderit, tenetur : vt hîc ſubiicit, verum ſi plagium,&c.

*CVm duobus.*] CASVS. Duobus vicinis erat quidam fundus coniunctus, & erat cuiuſdam tertij. alter vicinus mandauit alteri vt emeret, vt pars coniuncta ſuo prædio daretur : & idem qui mandauit,ſtatim emit.quæritur,an alteri vicino cui mandauit,teneatur communicare. Dicitur quòd facti eſt quæſtio.nam ex eo quòd ita ſimpliciter mandauerat,nulla eſt act.alteri vicino cõtra vicinũ.ſed ſi actum fuit inter eos vt emeretur, vt tanquam commune negotium in eo emẽdo gereretur : in eo caſu tenetur ſibi cõmunicare excepta parte coniuncta ſuo prædio.venit enim in iſtud iudicium bona fides:& alter ſocius alteri tenetur præſtare dolum & culpam.[SI IN COEVNDA.] Inter aliquos contrahitur ſocietas.vnus confert pecuniã vel alias res : puta agrum in commune colendum:vel pecora paſcenda : alter operã & induſtriam:verbi gratia,vnus dabat porcum in commune paſcendum,vel vineam colendam : vt fructus participaret.quęritur an talis ſocius culpã præſtare debeat? Dicitur quòd ſic. ſed & ſi ſocius rei cõmunis nocuit, dicitur quòd culpa venit. [DAMNA.] Si aliquis accepit pecus paſcendum cauſa ſocietatis, æſtimationem ipſe pręſtare non debet,ſi fato intercidat.damna enim fatalia quæ accidunt imprudentibus & ignorantibus, non præſtantur. vnde ſi aggreſſura latronum vel incẽdio perierũt, damnum cõmune erit:niſi dolus& culpa imputari poſſit. contrarium eſt ſi furto perdiderit hoc caſu, quia cuſtodiã debebat ſolus præſtare. [QVIDAM.] Duo cõtraxerunt ſocietatẽ vt ſagariã negotiationẽ exercerẽt,puta vel ſalis, vel ſaccorũ,vel vilium pãnorũ:& cum alter profectus eſſet, incidit in latrones, & amiſit pecuniam communem, & aliam quam ſecum habebat, & ſerui ſui vulnerati fuerunt.dicitur quòd damnum totius pecuniæ pertinet ad alium ſocium, ſcilicet pro parte : quia nõ periiſſet,niſi ſecum cõtraxiſſet ſocietatẽ. Idẽ eſſet ſi dedit aliquid vt ſeruus curaretur, quia totum commune erit. idem eſt ſi naufragio res perierunt cũ in naui non poſuerunt niſi res conſuetas ad nauigium. nam ſicut lucrũ pertinet ad ſocium:ita & damnum. [CVM ERANT.] Duo argẽtarij contraxerunt ſocietatem in argentaria tãtùm. alter ſociorum aliquid acquiſiuit ex alia negotiatione.vtrũ hoc cõmunicetur cum ſocio? Reſpon. quòd non.Viuianus.

XLVI. PAVLVS *libro ſexto ad Sabinum.*

IDem eſt & in colono,[a] & in eo qui negotia gerit, & qui mãdatũ noſtrũ exequitur,& in tutore.

XLVII. VLPIANVS *libro trigenſimo ad Sabinum.*

SEd ſi ex cauſa furtiua cõdixero,ceſſabit pro ſocio actio:niſi ſi pluris mea interſit. Si damnũ in re cõmuni ſocius dedit, Aquilia[b] teneri eum & Celſus & Iulianus & Pomponius ſcribunt.

XLVIII. PAVLVS *libro ſexto ad Sabinum.*

SEd nihilo minus & pro ſocio tenetur.

XLIX. VLPIANVS *libro trigenſimoprimo ad Edictum.*

SI hoc facto ſocietatem læſit, ſi verbi gratia negotiatorem ſeruum vulnerauerit, vel occidit:

L. PAVLVS *libro ſexto ad Sabinum.*

SEd actione pro ſocio conſequitur, vt altera actione contentus eſſe debeat : quia vtraq; actio[c] ad rei perſecutionẽ reſpicit: non,vt furti,ad pœnã dumtaxat.

In dubio quis vti præſumitur iure ſuo. Bartolus.

LI. VLPIANVS *libro trigenſimo ad Sabinum.*

MErito autẽ adiectum[d] * eſt, ita demum furti actionem eſſe,ſi per fallaciam & dolo malo amouit : quia cùm ſine dolo malo fecit,furti non tenetur. Et ſanè plerumque credendum eſt eum qui partis dominus eſt, iure potius ſuo re vti, quàm furti conſilium inire.[e] & ideò[f] videbimus an Fauia teneatur. Et ratio quidem facit ne teneatur : verùm ſi plagium fecit, vel ſuppreſſit, Fauia teneri.

A

Contra mandatum vni factum veniens, conueniri non poteſt: ſecus ſi contra contractum ſocietatis venerit.h.d.Nam in primo poteſt pœnitere, in vltimo non. Bar.

LII. IDEM *libro trigenſimoprimo ad Edictum.*

CVm duobus vicinis fundus coniunctus venalis eſſet : alter ex his petiit ab altero, vt eum B fundũ emeret, ita vt ea pars quæ ſuo fundo iuncta eſſet, ſibi cederetur. mox ipſe[g] eum fundum ignorante vicino emit. quæritur, an aliquam actionem cum eo vicinus habeat. Iulianus ſcripſit implicitã eſſe facti quæſtionẽ. Nam ſi hoc ſolũ actum eſt, vt fundum Lucij Titij vicinus emeret,[h] & mecum communicaret, aduerſus me,qui emi, nullam actionem vicino[i] cõpetere. Si verò id actum eſt,vt quaſi cõmune negotiũ gereretur, C ſocietatis iudicio tenebor,[k] vt tibi,deducta[l] parte quam mãdauerã,[m] reliquas partes præſtẽ.

In hoc iudicio venit dolus & culpa. Bartolus.

Venit autem in hoc iudicium pro ſocio, bona fides. Vtrum ergo tantùm dolum, an etiã culpam[n] præſtare ſociũ oporteat, quęritur. Et Celſus libro ſeptimo Digeſtorum ita ſcripſit, Socios inter ſe dolum & culpam præſtare oportet.

D Si vnus ponit rem,& alius operam in ſocietate, venit etiam dolus & culpa. Bartolus.

Si in coẽunda[o] ſocietate (inquit) artem[p] operámve[q] pollicitus eſt alter, veluti cum pecus in commune paſcẽdum, aut agrum politori[r] † damus, in commune quærendis fructibus:nimirum ibi etiam culpa præſtanda eſt,

g *Mox ipſe.* ſcilicet qui mandauerat emi.

h *Vicinus emeret.* vt procurator.

i *Vicino.* quia licèt poteſtatem emendi vicino conceſſerim, retinui tamen:vt arg.infra de dam.infec.l.j.

† Sic rectè Flor. perperã aliter reſtituerãt cæteri omnes, vt Bud. Alc. Haloand. vt explicat Ant. Auguſ.lib.4. cap.9.vide.l. Si quis domũ.j. locat. §.vlti.

k *Tenebor.* niſi is cui mandatum eſt,dolo vel culpa emere noluerit. tunc enim & ipſe teneretur : & ita compenſatione obiecta fortè nihil ei præſtaretur : vt.ſ.ea.l.§.ſi quis ſocietatem. Azo.

l *Deducta.* id eſt retenta.

E m *Mandaueram.* ſcilicet mihi emendã. Et not. ꝙ mutat perſonas ab eo quod in prin.dixerat,cum primò in tertia:nunc in prima.

n *Culpam.* ſcilicet vt eam diligentiam quam in ſuis præſtabat tempore contractæ ſocietatis, præſtet nunc in ſocietate : niſi & modò maiorem quàm tunc præſtet in ſuis. ſed in depoſito ſemper inſpicitur qualem nunc in ſuis exhibeat:licèt in prin.erat diligentior:vt hîc, & inſtitu.eo.§.fin.& inſtit.qui.mo.re contrahi. obli.§.pen.& infra eo.l.ſocius ſocio.

o *Qui in coeunda.* Vel dic vnam ſocietatem de terra, & bobus, & inter eoſdem. Vel dic duas, vnam de terra , & aliam ſocietatem de beſtiis.Accurſius.

p *Artem.* ſcilicet colendi terram cum bobus : quos pretio meo emeram : vt in primo exemplo.

q *Operámve.* paſcendi boues meo pretio emptos : vt in ſecundo exemplo.Azo.vt.j.loca.ſi quis domum.§.ſi quis vitulos.

r *Politori.* Erant politores,qui agros excolere atque polire con-

ſueuerant. Nonius enim Marcellus ſic ait: Politiones agrorum, cultus diligentes: vt polita omnia dicimus exculta, & ad nitorem deducta. Enni. Satyra. lib. iij. Teſtes ſunt lati campi, quos gerit Africa terra politos. & Annali. ix. Raſtros dente fabres carpſit cauſa poliendi agri. Varro: Quid mirum, ex agri depolitionibus eiiciuntur, hîc in cœnaculo polito recipiũtur. Ad hæc Pompeius Feſt. lib. iiij. ait. Depoſitum perfectum, quia omnes perfectiones, politiones antiqui vocabant.

† Id eſt, pecunia ſupplet & velat quod in arte vel opera deeſt Itaq; pecuniam cõferẽti de culpa tenet̃ qui operam confert, cum ille non minus quàm hic ſocietatem iuuet, ac ei⁹ pecunia loco operę ſit.

* Sic Flor. & in manuſcrip. Duar. & Conn putãt legi hoſtimẽtum. Cuiac. leuamentũ. ego à fide ſcripturę nõ puto recedẽdum. nam velamẽtum idẽ eſſe puto qđ eſt velatura Varroni. eſt enim merces quæ nautæ datur pro tranſuectionis opera.

† Iſte tex. eſt ſing. ad hoc ꝙ culpa facere non videtur, qui facit vt ſolet fieri hoc probat iſte tex. ad finem ibi, ſolerent aduehi. Bolog.

a *Pretium enim.* ſcilicet boum, vel etiam fundi. Reſpon. enim tacitę obiectioni. quaſi dicat non præſtabit hîc pollicitator culpã, cùm artem vel operã adhibeat, alter neutrum. Sed reſpon. pretiũ pro bobus datum ab vno, vel etiam fundus, ideò quia alter artem pollicebatur vel operam, ita velat eam, vt vnus operam vel artem magis quàm alter adhibere nõ intelligatur: ideóque æquum debet videri ſi pollicitator de culpa teneatur ſecundùm Azo. & ſic ſingula ſingulis redde. Vel dic pretium, ſcilicet artis & operæ, eſt velamentũ ipſius artis, vel operæ, vt quaſi pretiũ ponere videatur, qui artem vel operam ponit. & facies punctum inter dictionem illam, operæ, & illam, artis: qui operetur vim copulæ ſecundũ vtramq; lecturam. vel conuertantur ambæ in vnũ. id eſt artificialis operæ.

Pretium enim [a] operæ, † artis eſt velamentum. * Quòd ſi rei communi ſocius nocuit, magis admittit culpam quoque venire.

In actione pro ſocio quis non tenetur de caſu fortuito, etiam ſi receperit rem æſtimatam. Item furtum in dubio præſumitur cõmitti culpa eius cui res eſt ſubſtracta. hoc dicit iſte. §. Baldus.

Damna [b] quæ imprudentibus [c] accidunt, hoc eſt damna fatalia, ſocij non cogentur præſtare. [d] ideóque ſi pecus æſtimatum datum ſit, [e] & id latrocinio aut incẽdio perierit: commune damnum eſt, ſi nihil dolo aut culpa acciderit eius qui æſtimatum pecus acceperit. Quòd ſi à furibus ſubreptum ſit, [f] proprium eius detrimentum eſt: quia cuſtodiam præſtare debuit, qui æſtimatum accepit: hæc vera ſunt, & pro ſocio erit actio, ſi modò ſocietatis contrahendæ cauſa paſcenda data ſunt, quamuis æſtimata. Quidam † ſagariam [g] negotiationẽ coierunt. alter ex his [h] ad merces comparandas profectus, in latrones incidit, ſuámque pecuniam perdidit: ſerui eius vulnerati ſunt: réſque proprias perdidit. dicit Iulianus damnum eſſe commune: [i] ideóq; actione pro ſocio damni partem dimidiam agnoſcere debere tam pecuniæ, quàm rerum cæterarum, quas ſecum non tuliſſet [k] ſocius, niſi ad merces communi nomine comparandas proficiſceretur. Sed & ſi quid in medicos impenſum eſt: pro parte ſocium agnoſcere debere, rectiſſimè Iulianus probat. Proinde & ſi naufragio quid periit, cùm non aliàs merces quàm naui ſolerent aduehi, damnum ambo ſentient. Nam ſicuti [l] lucrum, ita damnum quoq; commune eſſe oportet, quod non culpa ſocij contingit.

Societas vnius negotiationis non porrigitur ad aliam negotiationem. Bartolus.

Cùm duo erant argentarij ſocij, alter eorum aliquid ſeparatim quæſierat, & lucri ſenſerat. quærebatur an cõmune eſſe lucrum oporteret. & Imperator Seuerus Flauio Felici in hæc verba reſcripſit: Etiam ſi maximè argentariæ ſocietas inita eſt: quod quiſque tamen ſocius non ex argentaria cauſa quæſiit, id ad communionem non pertinere, [m] explorati iuris eſt. Papinianus quoque libro tertio reſponſorum ait: * Si fratres [n] parentum indiuiſas hereditates ideò retinuerint, vt emolumentum ac damnum in his commune ſentirent: [o] quod

ſed aliter in actione mandati: vt ſupra mand. inter cauſas. §. non omnia. ſecundùm quoſdam. Aldricus autem dicit idem: vt mandator teneatur de his rebus quas non detuliſſet mandatarius niſi mandatum ſuſcepiſſet: de aliis autem non agit, ſicut & nec ſocius. Azo. & ibi plenè diximus: ſed quantum ad medicos bene eſt ſecus: & eſt ratio: vt ibi not.

k *Non tuliſſet.* optima conſideratio. ſic & ſupra fami. erciſcun. l. ex parte, in princip. Accurſius.

l *Sicuti.* vt infra lo. ſi merces. §. antepe.

m *Non pertinere.* vt ſupra proxi. reſpon.

*Si fratres.*] CASVS. Fratres dimiſerunt hereditatẽ parentum indiuiſam, vt omne damnum & lucrum inde cõmune eſſet. dicitur quòd ſi aliunde aliquid alter eorum quæſiuiſſet, non erit propterea commune. Item quæritur aliud: pone quòd cõuenit inter Flauium Victorem, & Vellicum Aſianum, quòd de pecunia Victoris fierent monumenta ex induſtria Aſiani: & ex pec. quæ ex venditione redigetur, certa quantitas pertinebit ad Victorem: & alia ad Aſianum propter operam ſuã. dicitur quòd eſt locus actio. pro ſocio. [IDEM.] Inter fratres coitum fuit voluntarium cõſortium, vt ſtipendia, &c. communia eſſent. dicitur quòd redigẽtur in cõmune iudicio ſocietatis, quanquam hæc frater emancipatus non cogetur conferre manenti in poteſtate fratri ſuo: quia & ſi in poteſtate eſſet, haberet ea tantùm pręcipua. [IDEM RESPONDIT.] Dicit iuriſcon. quòd nullus poteſt contrahere ſocietatem vt vltra mortem ſuam porrigatur: quia nemo poteſt ſibi tollere libertatem ſupremi iudicij. id eſt vltimæ voluntatis. Idem reſpon. in tali quæſtione, ſi Lucius refecerit partes inſulæ communis, quamuis ipſe poſſet ex ratione recuperare pecuniã cum certis vſuris intra quatuor menſes: (quod ob hoc dicitur, quia poſt id tempus poteſt habere dominium illius inſulæ) poteſt tamen etiã agere pro ſocio. finge enim quòd maluit ſuum recuperare, quàm dominium inſulæ. Sed quæret aliquis, quare oratio diui Marci finiuit vſuras intra quatuor menſes? dicitur quòd hoc fecit: quia poſt id tempus dedit dominium. & hoc dicit vſque ad §. ſi qui ſocietatem. [SI QVIS.] Si duo coierunt ſocietatem ad emendum: & res quæ emi debuit, non ſit empta dolo vel culpa alterius: dicitur quòd tenetur pro ſocio: & ſi dies ſit adiecta, neque emptũ fuit intra diem ſine culpa ſui ſocij, nil præſtabitur ab altero. Item venit in act. pro ſocio, vt ſi in rem cõmunem impẽderim, recuperẽ ſumptus. Itẽ ſcripſit Mela: duo vicini ſemipedes contulerunt, fortè quilibet medium pedem, vt craticium parietem inter ſe facerent ad ſuſtinenda vtriuſque onera: deinde ædificato pariete alter non patitur in eum immitti. bene agetur pro ſocio. Item ſi emerunt aream ne officeret luminibus: niſi alter præſtet quod conuenit, venit actio pro ſocio. [SI PLVRES.] Sciendum eſt, quòd licet plures ſint ſocietates, conſtat hoc iudicium ſufficere ad omnes ſocietates. [SI QVIS EX SOCIIS.] Si aliquis ex ſociis profectus fuerit: recuperat ſtabulorum & iumẽtorum ſumptus & vecturarũ, ſiue propter ſuam perſonã, ſiue propter merces cõductas. Cætera ſunt plana vſq; ad. l. ſi id. Viui.

* In vulg. eſt lex, Si fratres.

b *Damna.* fatalia: vt ſubiicit. Accurſius.

c *Imprudentibus.* id eſt ignorantibus. Vel dic, id eſt prouidere non potentibus: vt infra de admini. re. ad ciui. perti. l. ij. §. ſi eo tempore. Vel dic, id eſt valdè: vt ſic augmentatiuè ponatur: vt infra de liber. & poſthu. l. Gallus. §. ille. Accurſius.

d *Præſtare.* nec mater, quo minus legatum percipiat: licèt facto pariat monſtroſum: vt. j. de verb. ſigni. l. quæret aliquis.

e *Datum ſit.* ſic vt pretium eius reddatur ſi lata vel leuis culpa acciderit: vt tunc non dubitaretur: aliàs etiam fortuitum caſum præſtaret: vt ſupra commo. l. ſi vt certò. §. commodatum. Vel dicas aliter vt diximus infra de æſti. ac. l. j. §. finali.

e *Datum ſit.* partiario colono. Accurſius.

f *Subreptum ſit.* ſcilicet culpa ſocij interueniente. Et not. quòd quidam ſumunt hinc argu. quòd furtum nunquam ſine culpa ſaltem leuiſſima fieri poteſt: ſed verius contrarium eſt: vt infra de furtis. l. eum. §. idem ſcribit. Quid enim ſi vxor nocte marito ſurripit: vel potatio ſibi datur, cui opium ſit immitum? Et ſic not. quòd furtum plerumque culpa fit: ſed tamen quandoque contra. Item latrocinium, quod proxi. ſupra inter caſus fortuitos numerauit, plerumque ſine culpa. & dicuntur latrocinantes qui in ſyluis ſtant, vt ſpolient tranſeuntes. fures, de nocte in domibus: vt in authen. vt nul. iudi. §. pe. col. ix. &. C. depoſi. l. j. Accurſius.

g *Quidam ſagariam.* a id eſt ſalis vel ſale: vel ſaccorum, vel vilium veſtium attritarum, ſecundum. H.

e] De ſago & ſagaria negotiatione, vide Budæũ, ſ. titu. depo. l. 1.

h *Alter ex his.* quid ſi vterq; captus fuerit, & vnus euaſit? adhuc puto idem. Item quid ſi vnus ab amicis redemptus fuerit? Reſpon. diſtinguitur an animo remunerandi, vt tunc agat. aut non, ſed donandi animo, & tunc non agit: vt arg. ſ. tit. j. idémque. in fin. & l. ſeq. l. ſi verò non remunerandi. in prin. Accurſius.

i *Commune.* ſic ſupra ad. l. Rho. de iac. l. j. & ij. §. æquiſſimum.

n *Si fratres.* aliàs lex, & aliàs. §. qui incipit, Papinianus. Accur.

o *Sentirent.* multò magis ergo ſi hoc non fuit actum.

Redigetur.

aliunde quæſierint, in commune non redigetur. [a]

Vt obſeruetur pactum ſocietatis, competit actio pro ſocio. Baldus.

Item ex facto [b] conſultum reſpõdiſſe ſe ait libro tertio reſponſorum: Inter Flauium Victorem & Vellicum Aſianum placuerat, vt locis emptis pecunia Victoris, monumenta fierent opera & peritia Aſiani: quibus diſtractis, pecuniam Victor cum certa quantitate [c] reciperet: ſuperfluum Aſianus acciperet, qui operam in ſocietatem contulit. Erit pro ſocio [d] actio.

Quando inter fratres contracta eſt voluntaria ſocietas, quilibet alteri debet conferre in illud quod emancipatus fratribus exiſtentibus in poteſtate conferre tenetur. Baldus.

Idem Papinianus eodem libro ait: ſi inter fratres [e] voluntarium conſortium initum fuerit: [f] & ſtipendia, [g] cæteráque ſalaria [h] in commune redigi iudicio ſocietatis: quamuis filius emancipatus [i] hæc non cogatur conferre fratri, inquit, in poteſtate manenti: quia & ſi in poteſtate maneret, præcipua ea haberet. [k]

Non valet pactum per quod libera teſtamenti facultas impediatur, etiam per indirectum. Bar-

Idem reſpondit, ſocietatem nõ poſſe vltra mortem porrigi: & ideo [l] nec libertatem de ſupremis iudiciis conſtringere quis poterit, vel cognatũ vlteriorem proximioribus præferre. [m]

Habens plures vias, poteſt eligere leuiorem. Bartolus.

Idem reſpondit, Socius qui ceſſantis ceſſantiúmve portiones inſulæ reſtituerit, [n] quamuis aut ſortem cum certis [o] † vſuris intra quatuor menſes poſtquam opus refectum erit, recipere poteſt, [p] exigendóque priuilegio vtetur, [q] aut deinceps propriam rem habebit: poteſt tamen pro ſocio a-
B gere ad hoc, vt conſequatur [r] quod ſua intererat. Finge enim malle eum magis ſuum conſequi, quàm dominium inſulæ. Oratio enim diui Marci idcirco quatuor menſibus finit certas vſuras, quia poſt quatuor dominium dedit. [ſ]

Si qui ſocietatem [t] ad emendum coierint, deinde res alterius dolo vel culpa empta non ſit: pro ſocio eſſe actionem conſtat. Planè ſi conditio ſit adiecta, [u] *ſi intra illum diem veniret*: [x] & dies ſine culpa ſocij prætererit,
C ceſſabit actio pro ſocio.

Item ſi in communem [y] riuum reficiendum impenſa facta ſit, pro ſocio [z] eſſe actionem ad recuperandum ſumptum Caſſius ſcribit.

Item Mela ſcripſit, ſi vicini ſemipedes inter ſe contulerunt, vt ibi craticium * parietem inter ſe ædificarent ad onera vtriuſque ſuſtinenda: deinde ædificato pariete, alter in eum immitti non patiatur: pro ſocio agendum. Idémque & ſi aream in commune emerint, ne luminibus
D ſuis officeretur: & alteri tradita ſit, nec præſtet alteri quod conuenit: pro ſocio actionem eſſe. Si plures ſint inter eoſdem ſocietates coitæ: ad omnes ſocietates ſufficere hoc vnũ iudiciũ [a] conſtat.

Impenſæ factæ per ſocium occaſione ſocietatis, ſocietati imputantur. Bartolus.

Si quis ex ſociis propter ſo-

a *Redigetur*. ſic ergo econtra in damno vel expenſis: vnde ſi vnus commiſit maleficium, non ſoluit de communi: vt infra eo. §. fi.

b *Idem ex facto ait*. Papinianus.

c *Cum certa quantitate*. i. quotitate. ſ. tertia lucri vel quarta. quantitas enim alia eſt ad oculũ deſignatiua: alia ad intellectum: alioquin non ſocietas, ſed fœnus contractum videtur. ſic & ponitur quantitas pro quotitate ſupra man. ſi remunerandi. §. Maurus.

d *Pro ſocio*. ſi ſocietatẽ eſſe voluerit. aliàs præſcri. ver. vt hîc, & ſupra eo. ſi margarita. &. j̃. de præſcript. ver. ſi tibi rẽ. Accurſius.

e *Si inter fratres*. aliàs hîc incipit lex, aliàs. §.

f *Initum fuerit*. vt ex quacũque cauſa quęſitum cõmunicarent: ſecus ſi ſimpliciter: vt. s̃. eo. l. iij. §. j. & l. coiri.

g *Stipendia*. quæ militibus dantur: vt. C. de procu. l. qui ſtipendia.

h *Salaria*. quæ vexillariis vel ſimilibus dãtur: quæ in caſtrẽſi peculio computantur.

i *Emãcipatus*. iure prætorio ad ſuccedendum admiſſus.

k *Haberet*. cũ ſint caſtrẽſia: vt. j̃. de col. bo. l. j. §. nec caſtrenſe. &. §. ſed an. Accurſius.

l *Ideo*. ſcilicet quòd vltra mortem nõ porrigitur. ſi enim porrigeretur, neceſſe eſſet vt mihi oſtẽderet perſona in qua poſt mortem tuam cõſentirem: quod ſi faceres, quaſi cõſtringerem illam tibi habere heredem. libertatem autem ſupremi iudicij quis ſibi auferre nõ poteſt: vt hîc, & infra de here. inſtit. l. inſtitutio. ſi. C. de pactis. l. pactũ quod dotali. ſecũdum Azo. Vel dic, quia ſi vellẽ ad heredem meum extendere, & nolles mecum in illum heredem cõſentire, haberem neceſſe alium inſtituere, fortè vlteriorem proximiori præferendo.

m *Præferre*. non facto teſtamento. ſi autẽ teſtamento facto præferre velit, poteſt: vt ſupra de inoffi. teſt. l. j. quæ eſt cõtra. Vel dic, non poteſt cogi vt præferat prædicto modo.

n *Reſtituerit*. id eſt refecerit, & communi nomine.

o *Certis*. aliàs centeſimis. Accurſius.

p *Recipere poteſt*. in his quatuor mẽſibus currunt vſuræ, & poſtea eſt dominus: & pro rata anni computantur centeſimæ.

q *Vtetur*. quia in refectionem impendit: vt. j̃. qui po. in pign. habe. l. interdum. Accurſius.

r *Conſequatur*. ſcilicet ſibi debitum: vt. s̃. quod cum eo. l. j. & ſic no. quòd qui plures habet vias: ſi leuiorẽ eligit, mos ei geritur: vt hîc, &. s̃. de rei vin. l. quòd ſi poſſeſſor. Et no. diligenter ex. hoc. §. quòd tantũ contra contumacem habent locum tria auxilia, ſcilicet petitio ſortis cum vſura centeſima vſque ad quatuor mẽſes: item dominij tranſlatio: item intereſſe præſtatio, quia dicit ſupra ceſſantis ceſſantiúmve, ſiue vnus ſocius eſt, vel plures: vt. C. de ædi. pri. ſi vt proponis. & ita, ſi communi nomine alter ædi-

Auxilia tria contra contumacẽ locũ habent.

A ficat. Quid autem ſi ſuo nomine tãtum? Reſpon. omnia remedia eidem denegantur, & donare præſumitur: vt. C. de ædi. pri. l. ſi is contra quem. Item quid ſi communi nomine refeciſti altero abſente? Reſpon. Prima duo remedia ceſſare videntur: quia contumacia non interuenit: tertium autem ad intereſſe neceſſarium eſt impetrandum vel per actionẽ pro ſocio, vel cõmuni diuidun. vt. s̃. communi diui. ſi ædes cõmunes. &. s̃. e. l. pro ſocio. §. ſi tecum. Item quid ſi non eſt ſocius? Reſpon. ſecundum Io. duorum primorum habet electionem, cũ ſit ſocietas incidens.

† Sic Flor. alij legunt centeſimis ex. l. 4. C. de edif. priua.

ſ *Dominium dedit*. nũquid ipſo iure etiam ſine ſentẽtia? Arg. quòd nõ. j̃. de reg. iu. id quod noſtrũ. litera tamẽ iſta contrarium innuit: nec mirum: quia lex plerũque trãsfert dominiũ: ſicut eſt in vſucap. & in legato & in fideicommiſ. vt not. j̃. de fun. do. l. ſi fundũ. Itẽ quid de poſſeſſione? Rñ. penes contumacem ſocium permanere. nam ſępe tranſit in aliquem dominium ſine poſſeſſione: vt in dominio rerum legatarũ, & hereditariarum: vt infra de acquir. poſſeſſ. l. j. §. veteres. & l. cùm heredes. Item in rebus cõmiſſis in fiſcum, & vacantibus: quod ex eo apparet, quia præſcriptio currit in talibus rebus contra fiſcũ: vnde probatur fiſcum nõ poſſidere, ſed alium, id eſt præſcriptorem: vt infra de publi. & vecti. l. commiſſa. & de iure fiſc. l. j. §. an bona. & §. diuus. &. §. præſcriptio. & l. imperator. & de vſucap. l. ſine poſſeſſione. & C. de præſ. xxx. an. l. malè. & eſt ratio, quia poſſeſſio plurimum facti habet: & ideo ſine facto noſtro nõ amittitur: facto verò noſtro interueniente facilius amittitur quàm dominiũ: vt ſupra ex quib. cau. ma. l. denique. & infra de acqui. poſſeſ. l. poſſideri. §. in amittenda. & l.
q *Verum eſſe*. ſcilicet vt agam nomine renuntiationis ſi hoc mihi nocet, & in commune non prodeſt. ſed ſi ſocietatis interſit abire, præfertur vtilitas communis priuatæ: & hoc ſufficit. ſecundum Ioan. etiam plus dicit: & ita exponit, id eſt, ita demum renuntiationis nomine agam, ſi interſit ſocietatis non abire. non enim quod ſingulariter priuati intereſt vnius, inſpicitur. & ſic dictio non, iungitur verbo dirimi &c. Et ſic not. quæ E multis proſunt, præferuntur his quæ paucioribus: vt hîc, &.C. de caduc.tollen.l.j.in fin.& infra ad Sila.l.iij.§.vtrum.in fin.§.& in authen.de reſti.& ea quæ pa.in.xj.men.poſt mortem vi. §.ea. colla.iiij.& in authent.de non alie.§.quia verò veriſimile. colla. ſecunda.

Vtilitas communis priuatæ præfertur.

Præferūtur quæ multis proſunt, his quæ paucioribus.

r *Hæc ita*. ſcilicet omnia prædicta. Azo.

ſ *De hoc*. ſcilicet quòd liceat à ſocietate recedere, etiam intempeſtiuè. ſed pro deo ſi eſſet dictum: nonne pactum eſt ſuperuacuum, aut iniquum: vt.s̃.eo.l.ſi conuenerit.&.l.ſed & ſi.§.fi. Reſpon. pactum de recedendo nō eſt ſuperuacuum, aut iniquum: licèt illud de non recedendo ſic, ſecundum Azo. ſed ſi non conuenerit vt intempeſtiuè poſſim, tamen quādoque poſſum: v-.s̃. eo.l.ſi conuenerit.§.fina.&.l.ſeq.

t *Factum erit*. ab eo cui renuntiatum eſt: vt ſupra ea.l.§.diximus. alij ab eo qui renuntiauit. prima placet.

u *Non feret*. renuntians.

facta ſit.[a] Quòd ſi tempus finitũ eſt, liberum eſt recedere: quia ſine dolo[b] malo id fiat.

**Renuntiatio poteſt fieri per ſe, & per procuratorem etiam generalem. Bartolus.**

Renuntiare[c] ſocietati etiam per alios poſſumus: & ideo dictũ eſt, procuratorem quoque poſſe renuntiare ſocietati. Sed vtrum de eo dictum ſit, cui omnium bonorum adminiſtratio cõceſſa eſt: an de eo, cui hoc ipſum nominatim mandatum eſt, videamus: an verò per vtrunque rectè renuntietur. quod eſt verius:[d] niſi ſi prohibuerit eum dominus ſpecialiter renuntiare.[e]

**Procuratori facta renuntiatio, habet effectum ſi dominus ratam habuit. Bartolus.**

Item ſcriptum eſt, poſſe procuratori quoq; meo ſocium meum renuntiare. Quod Seruius apud Alphenum ita notat, eſſe in poteſtate domini, cùm procuratori eius renuntiatum eſt, an velit ratam habere renuntiationem. Igitur[f] ſi is cuius procuratori renuntiatum eſt, liberatus eſſe videbitur. An autem ipſe quoque qui renuntiauit procuratori, liberetur, in poteſtate[g] eius erit: quemadmodum diximus in eo qui ſocio renuntiat.[h]

**Morte naturali vel ciuili ſoluitur ſocietas. Baldus.**

Morte vnius ſocij ſocietas diſſoluitur, etſi conſenſu omniũ coita ſit, plures verò ſuperſint: niſi in coeunda ſocietate aliter conuenerit. nec heres ſocii ſuccedit.[i] Sed quod ex re communi poſtea quæſitum eſt: (item dolus & culpa) in eo quod ex antè geſto[k] pẽdet, tam ab herede quàm heredi præſtandum eſt. Item ſi alicuius rei ſocietas[l] ſit, & finis negotio ſit impoſitus: finitur ſocietas. Quòd ſi integris omnibus manentibus alter deceſſerit, deinde tunc ſequatur res de qua ſocietatem coierunt:[m] tunc eadem diſtinctione vtemur, qua in mandato:[n] vt ſi quidem ignota fuerit mors alterius, valeat ſocietas: ſi nota, non valeat. Societas quemadmodum[o] ad heredes ſocii non tranſit, ita nec ad adrogatorem: ne alioquin inuitus quis ſocius efficiatur cui non vult. Ipſe autem adrogatus ſocius permanet. Nam etſi filiusfamilias emãcipatus fuerit, permanebit ſocius. Publicatione quoque diſtrahi ſocietatem diximus: quod videtur ſpe-
B ctare ad vniuerſorum bonorum publicationem, ſi ſocii bona publicentur. Nam cùm in eius locum alius ſuccedat, pro mortuo habetur.[p] Si poſt diſtractam ſocietatem aliquid in rem communem impenderit ſocius, actione pro ſocio id nõ conſequitur: quia non eſt verum pro ſocio communitérve id geſtum eſſe: ſed communi diuidundo[q] iudicio huius quoque rei ratio habebitur. Nam etſi diſtracta eſſet ſocietas, nihilo
C minus diuiſio rerum ſupereſt. Si communis pecunia penes aliquẽ ſociorum ſit, & alicuius ſociorum quid abſit:[r] cum eo ſolo agendũ, penes quem ea pecunia ſit: qua deducta,[ſ] de reliquo quod cuique debeatur,[t] omnes agere poſſunt. Nonnunquam neceſſarium eſt & manente ſocietate agi pro ſocio: veluti cum ſocietas vectigalium cauſa coita eſt, proptérque varios contractus neutri expediat recedere à ſocietate: nec refertur in medium quod ad alte-
D rum peruenerit.[u]

**Inter ſocios tempore diuiſionis ante partem aſſumitur dos ab eo qui ſuſtinet onera matrimonii.**

Si vnus ex ſociis[x] maritus ſit, & diſtrahatur ſocietas manente matrimonio, dotem maritus percipere debet: quia apud eum eſſe debet, qui onera ſuſtinet.[y] Quòd ſi iam diſſoluto matrimonio ſocietas diſtrahatur: eadem die recipienda eſt dos, qua & ſolui debet.

E LXVI. Gaivs *libro decimo ad Edictum Prouinciale.*

Qvod ſi eo tempore[z] quo diuiditur ſocietas, in ea cauſa dos ſit, vt certum ſit eam vel partem eius reddi non oportere,[a] diuidere eam inter ſocios iudex debet.[b]

a *Facta ſit.* quod dic. vt. ſ. eo. l. ſi conuenerit. §. fin. & l. ſeq.

b *Sine dolo.* quia ſuo iure facit: vt. j. de reg. iur. l. nullus videtur. Azo. ſed cur pactum de renuntiatione non facienda, non valet: vt. ſ. eo. l. ſi conuenerit. & l. ſed & ſocius. §. fin. & vſque ad certũ tempus fieri poteſt? Reſpon. aliud eſt coire ſocietatem vſque ad certũ tempus: & aliud ſocietate coita pactũ facere ne ab ea diſcedatur intra certũ tempus: quod pactum nil operatur: vt ibi dicit: operaretur tamẽ ſi ita factũ eſſet vt poſt certum tempus abire liceret: vt. ſ. proxi. §. in fin.

c *Renuntiare.* & libera re: vt. ſ. de procura. l. pcurator cui. imò idẽ ſi nõ ſit: vt. j. proxi. Ac.

d *Quod eſt verius.* quòd per vtrunq; renuntietur. in quibuſdã tamen caſibus ſpeciale exigitur mãdatum: vt. ſ. de procur. l. Pomponius. in prin. & de mino. l. illud. §. ſi talis.

e *Renuntiare.* facit. ſ. de peti. hered. item veniunt. §. petitam. in. fi. & . j. de diuort. l. ij. §. fi. & . ſ. e. ſed & ſi. §. ſi abſente. & . ſ. mand. ſi hominem. & . j. de admi. tu. l. ſi duo.

f *Igitur.* infert ex eo quod ſupra dixit, poſſe meo procuratori renuntiari.

g *In poteſtate.* ſcilicet cuius procuratori eſt renuntiatum. ſi autem ratum habeat, renuntiãs eſt liberatus: alioquin non: niſi renuntiatio ſit facta tempore finito: vt ſupra ea. l. §. item qui ſocietatem. in fin. §.

h *Renuntiat.* per ſe antè tempus: vt. ſ. §. item qui ſocietatem. nõ per alium: vt iſte. Azo.

i *Succedit.* etiam ſi cõuenerit. & facit. ſ. eod. adeò. in prin. & l. verũ. §. ſoluitur. & . ſ. ex qui. cau. infa. ir. l. furti. §. fi. Sed contra ad id quod ſubiicit, vt heredi ſocij præſtetur lucrum. infra de adminiſt. tuto. l. Titium. §. altero. Solu. vt diximus. ſ. ead. l. §. ſi in rem certam. & . §. itẽ ſi alicuius.

k *Geſto.* id eſt re prius empta in communi. ſecus enim ſi poſtea ematur. cùm iam non ſint ſocij.

l *Societas.* facit ſupra eo. l. ſi id quod. in principio.

m *Coierunt.* quia qui iuerat ad nundinas, emit ignorans ſocium qui domi remanſerat, eſſe mortuum. Accurſius.

n *In mandato.* ſic enim in mandato diſtinguitur: vt ſupra mand. inter cauſas. j. reſpon.

o *Quemadmodum.* bona ſimilitudo: vt inſtit. per quas perſo. no. acqui. §. fina. ſed nónne omnia fiunt arrogatoris, ſecundum has leges: ergo ſicut infra proxi. §. deberet & hîc diſtrahi ſocietas.
A Sed reſpon. filiusfa. poteſt ſocietatem coire: vt. ſ. eo. ſi id quod. §. fin. & emancipato eo permanet eadem ſocietas: vnde non eſt mirandum ſi hoc idem contingat quod hîc dicitur: vt. d. l. ſi id quod. & hîc: quod non poteſt deportatus.

p *Pro mortuo habetur.* quantum ad plura: vt infra de noua. quotiẽs. in fi. & inſti. eod. §. publicatione. & . j. de fideiuſſ. ſi debitori deportato. ſed nõ quo ad omnia: vt infra de bo. dam. ſed & ſi. §. quòd ſi deportata. & . j. de verborum obliga. ex ea. §. ſi inſula. quæ ſunt contra.

q *Communi diuidundo.* vt ſupra communi diui. l. in ſumma.

r *Abſit.* quia impendit in rem communẽ.

ſ *Qua deducta.* id eſt, deducto ex eo ſumptu vel damno quod ſenſit: & facit ſupra communi diui. l. iij.

t *Debeatur.* ex diuiſione ſocietatis.

u *Peruenerit.* ſpeciale eſt ergo in ſocietate vectigalium: quia qui vectigal conducit, etiam finito tempore quandoq; habet neceſſe retinere, ſcilicet ſi maximos fructus perceperit: vt infra de publi. l. cotem. §. fin. ſed hodie non retinentur inuiti: vt. j. de iure fiſc. l. non intelligitur. §. cũ quinquennium. aliàs nõ naſcitur niſi finita ſocietate: vt ar. C. eo. l. tamdiu. vel fortè hoc ponit gratia exẽpli: & idẽ vbicunque in qualibet ſocietate expedit ſocietati agi ea manente. Accurſius.

x *Si vnus ex ſociis.* omnium bonorũ. Accurſius.

y *Suſtinet.* vt. ſ. famil. erciſcũ. ſi filia. & infra de iur. dot. ſi is qui. §. ibi. & . C. fa. erciſcũ. l. ij.

z *Quod ſi eo tempore.* ſcilicet cõſtante matrimonio.

a *Nõ oportere.* vel propter pactum interpoſitum, vel aliam cauſam. Accurſius.

b *Debet.* vt tamẽ cõſtãte matrimonio permaneat penes virum: ſed ipſe caueat ſociis ſe reſtituturum partes eorum, quando onera non ſubibit matrimonij: vt. ſ. eo. l. omne æs. poteſt planius loqui hæc lex, quòd ſoluto matrimonio dirimatur ſocietas.

S*i vnus.* Casvs. Si aliquis de ſociis rem communem vendit voluntate ſociorum, pretium communicare debet: ſed cauendum eſt ei, quòd ſi quod damnum patiatur, reſtituetur ſibi. ſi cautum non fuerit, aget tamen contra eos ſi aliquid oporteat eum præſtare propter venditionem. ſi aliqui ſunt non

ſoluendo

ſoluēdo, hoc cęteros onerat: quia cæteri hoc præſtabunt. [ſi vnvs.] Si qui erat ſocius non omnium bonorum, fœnerat pecuniā cōmunē: quæritur an ad vſuras præſtandas teneatur actione pro ſocio? Et dicitur, aut cōmuni nomine fœnerauit: & tūc præſtat vſuras. aut proprio, & tunc nō præſtat. & eſt ratio, quia fœnerat ſuo periculo. [ſi qvid.] Si alter ex ſociis neceſſariè impēdit aliquid de ſuo, recuperat expenſas & vſuras quas potuiſſet habere ſi pecuniā quā ſoluit, aliis fœneraſſet. ſed ſciendū quòd ſocius non habet beneficium vt damnetur in quantum facere poteſt, niſi ille ſocius qui nō negat ſe eſſe ſocium. Viuianus.

Si vnus ex ſociis rem communē vendidit, debet ei de indemnitate caueri: & ipſum receptū inter ſocios diuidi: & ſi pretiū ſocius cōmunicauerit, ſuper indemnitate ei ſuccurretur. Bald.

XVII. Pavlvs *libro trigeſimoſecundo ad Edictum.*

SI vnus ex ſociis rem communē vendiderit conſenſu ſociorū, B pretium diuidi debet[a] ita, vt ei caueatur, indemnē cum futurū. Quòd ſi iam dānū paſſus eſt, hoc ei præſtabitur. Sed ſi pretium cōmunicatum ſit ſine cautione, & aliquid præſtiterit is qui vendidit: an ſi non omnes ſocij ſoluendo ſint, quod à quibuſdam ſeruari nō poteſt, à cæteris debeat ferre? Sed Proculus putat hoc ad cæterorū onus pertinere,[b] † quod ab aliquibus ſeruari nō poteſt: rationéque defendi poſſe, quoniam cùm C ſocietas contrahitur, tam lucri quàm damni communio initur.[c]

Si ſocius non omnium bonorū omnem pecuniam fœneratur, ita demum inter ſocios vſuras perceptas debet communicare, ſi communi nomine fœnerauerit. Item ſi vnus ex ſociis de ſuo in cōmuni negotio neceſſario impendit: poterit illud repetere cū vſuris. Bal.

Si vnus ex ſociis qui non totorū bonorum ſocij erat, commuhem pecuniam fœnerauerit.[d] vſuráſq; perceperit: ita demum vſuras partiri[e] debet, ſi ſocietatis nomine fœnerauerit. Nam ſi ſuo nomine: quoniam ſortis periculum ad eū pertinuerit, vſuras ipſum retinere oportet.[f] Si quid vnus ex ſociis neceſſariò de ſuo impendit in cōmuni negotio, iudicio ſocietatis ſeruabit, & vſuras: ſi fortè mutuatus ſub vſuris dedit.[g] Sed & ſi ſuā pecuniam dedit: nō ſine cauſa dicetur quòd vſuras quoque percipere debeat, quas poſſet habere ſi alij mutuum dediſſet. Non aliàs ſocius in id quod facere poteſt, condemnatur, quàm ſi confitetur ſe ſocium fuiſſe.[h]

Nullus ex ſociis poteſt alienare de rebus quas non habebāt ſocii venales. ita procedit iſte text. in prin. ſecundum Bald.

LXVIII. Gaivs *libro decimo ad Edictum Prouinciale.*

NEmo ex ſociis plus parte ſua poteſt alienare,[i] etſi totorū bonorum ſocii ſint.

Dolus commiſſus in perdendo, facit perdere beneficium: ſecus in non adquirendo. Barto.

Illud quæritur, vtrum is demum facere videtur quo minus facere poſſit, qui erogat bona ſua[k] in fraudē futuræ actionis: an & qui occaſione adquirendi non vtitur. Sed verius eſt, de eo ſentire procōſulem, qui erogat bona ſua: idque ex interdictis[l] colligere poſſumus, in quibus ita eſt, *Quod dolo feciſti vt deſineres poſſidere.*

LXIX. Vlpianvs *libro trigeſimoſecundo ad Edictum.*

CVm ſocietas[m] ad emendum coiretur, & conueniret vt vnus reliquis nundinas, id eſt epulas[*] præſtaret, eóſq; ad negotiū[n] dimitteret:[o] ſi eas eis non ſoluerit, & pro ſocio & ex vendito[p] cū eo agendum eſt. D

LIX. Pavlvs *libro trigeſimotertio ad Edictum.*

NVlla ſocietatis in æternum[q] coitio eſt.

Si contractui iuris gentium ſubiiciatur ſtipulatio continēs idem, nouatur prima, ſi actum eſt: non aliàs. Item ſtipulatio pœnalis non nouat præcedentē obligationē ex cauſa onerosa contractam. Bart.

---

a *Diuidi debet.* vt. ſ. cōmuni diui. l. in hoc.

b *Pertinere.* facit. ſ. eo. l. verum, §. ſi cum res.

c *Initur.* plerūq;. quādoq; enim eſt contrariū: vt inſti. eo. §. adeo. quæ eſt contra.

d *Fœnerauerit.* facit ad §. ſ. de rei vendi. ſi nauis. & ſ. man. idēmq;. §. ſi mandauero procuratori. & j. de admini. tut. Titiū. §. præfectus. & ſ. ad muni. l. conſtitutionibus.

e *Partiri.* id eſt ponere in commune.

f *Retinere oportet.* hoc ſi non omnium bonorū erant ſocij. item & hoc caſu, quando. ſ. nō omnium bonorū ſunt ſocij: teneretur non quaſi de vſura, ſed quaſi de intereſſe: vt. ſ. eo. l. ſocium. vel ad vſuras regionis, licet mutuans maiorem vel minorē fuerat conſecutus.

g *Dedit.* i. accepit: ſed meli⁹ eſt vt dicatur ꝓprie dedit. ſ. vſuras, ſecundū Azo. & repetet non vt vſuram, ſed vt ſortem, ſecundum Io.

h *Sociū fuiſſe.* vt. ſ. de re iudi. l. ſed hoc ita. ſic & fideiuſſor ita demū habet beneficiū diuiſionis: vt. j. de fideiuſſ. ſi dubitetur. §. ij. Accur.

† Not. iſtum text. ſecūdū Bald ꝙ vnus ex ſociis tenetur pro alio, quando non eſt ſoluendo. ratio aſſignatur i tex. ibi, quoniā. & conc. l. ſi actione. § ſi communis. ſ. eo.

NEmo ex ſociis.] Casvs. Si plures ſint ſocij, & omnium bonorum: nemo ex eis poterit alienare niſi partē ſuā. [illvd.] Si ſocius deſiit dolo facere quo minus facere poſſit: vtrū habeat locū in eo qui erogat E bona ſua in fraudē futuræ actionis: an in eo qui nō vtitur occaſione adquirēdi in fraudē ſimiliter? dicitur ꝙ in eo locum habet qui erogat bona: & illud colligi poteſt ex interdictis, in quibus ſunt hæc verba: quæ dolo feciſti quòd deſineres poſſidere. Viu.

i *Alienare.* vt. ſ. ſi cer. pet. ſi ſocius. & hoc cùm in fraudem alienat: cùm fraudulentam alienationem inuicem mandare non videantur: vt. ſ. de condic. inde. ſi procurator. §. j. Item cùm cæteri diſſentiunt: aliàs ſatis videntur inter ſe feciſſe mādatum, vt poſſint alienare: in caſu tamen etiam diſſentientibus aliis poteſt, vt fiſcus: vt. C. de ven. re. fi. l. j. lib. x. Item quandoq; nec etiam ſuam partem alienat, ſcilicet lit. conteſt. cum ſocio: vt. C. communi diuidun. l. j. & ſ. fami. erciſc. l. alienationes.

k *Bona ſua.* non autem qui occaſione adquirendi non vtitur, vt hîc, & j. quæ in frau. credi. quod autem. in prin. ſed ſecus quandoque: vt. ſ. de peti. here. ſed & ſi lege. §. perinde diximus.

l *Interdictis.* reuocatoriis. Io. vt infra quorum bo. l. j. in princ. & infra quorum le. l. j. §. quod autem.

CVm ſocietas.] Casvs. Erat inter plures coita ſocietas ad emēdum: & conuenit vt vnus præſtaret epulas & comeſtionē, & dimitteret eos ad negotiandū, quaſi ille haberet curā: alij nō. Dicitur quòd ſi illud non præſtet, pro ſocio & ex vēdito & empto actione conueniri poteſt. h. d. iſta. l. ſecūdum Viuian. potes tamē ponere aliter caſum vt in gloſ. ſeq.

m *Cum ſocietas.* Caſus eſt: conuenit inter ſocios vt vnus pro. xx. ſolidis epulas cęteris pararet. ſolutis nūmis vel aliàs ſatisfacto, poſsūt agere pro ſocio, & ex empto, vt hîc dicit & præſcrip. verb. vt. C. de pac. inter emp. & vendi. l. ij. Accurſius.

n *A negotio.* aliàs, ad negotium: aliàs, à negotio.

o *Dimitteret.* ac ſi dicat, negotientur illi, & nō habeāt curā de epulis, quia hîc parabit. & ſic habeas ad negotiū. Vel dic, dimitteret eos à negotio. i. abſolueret eos ab hoc negotio. ſ. parādi epulas. Vel dic tertio, vt ꝙ illi vadunt ad negotiandū pro ſocietate ſine iſto, ſit ſatiſfactio de pretio pro epulis conſtituto. Acc.

p *Ex vendito.* id eſt ex empto.

q NVlla. *In æternum.* id eſt ſine fine. fit tamē in perpetuū. i. dum viuit: vt. ſ. eo. l. j. Item ſocietas vectigalium tranſit ad heredē: quod intelligas primùm, non vltra: vt in vſufructu ſic relicto vt ad heredem trāſeat: vt C. de vſufru. l. antiquitas. Accur. Addit. Ex hac gl. no. quòd ſocietas vectigalium nō tranſit ad heredem heredis. & ratio ſecūdum gl. quia in materia non tranſmiſſibili coarctatur mentio heredis ad primum heredem. ſed hoc fortè non eſt verum, imò magis eſt tranſmiſſibilis ad vlteriores heredes: arg. ſ. quod metus cauſa. l. videamus. Nec obſtat. l. antiquitas. quia ibi verbum proferebatur ab homine contra naturam ſocietatis vectigalium: & cùm lex dicat tranſire ad heredem, intelligo de quolibet herede: arg. j. de verbo. ſignifi. l. ſciendum. ſecundum Bald.

* Vide Ant. Aug. lib. 4. c. 1. & Cuiac. lib. 4. c. 17.

DVo ſocietatem.] Casvs. Si duo contrahant ſocietatē vt grāmaticam docerent, & conuēnit de lucro communicando, & ſtipulati ſunt de ſeruando quod pacto ſocietatis cōuēnit: & ſi contra factū fuerit, pœna apponitur: an pro ſocio agi poſſit, vt quod cōuēnit adimpleatur, an ex ſtipulatu, cùm videatur primū pactum tranſlatū in ſecundo. Et reſpon. quòd non agitur pro ſocio. & hoc cū tria pacta interuenerint. Si verò tantū duo pacta, & pactū de ſocietate ſubſecuta fuerit ſtipulatio pœnalis, agi poterit pro ſocio. [dvo colliberti.] Duo colliberti coierūt ſocietatem lucri, quæſtus, compendij. deceſſit patronus eorum, alterum inſtituit heredem, alteri legauit. dicitur quòd iſta quæſita neuter eorum in medium conferet. & hoc dicit. Viuianus.

a *Docerent*.ſimul & in eiſdem ſcholis,certis aſſignatis horis vnicuique.Azo.Vel etiam in diuerſis ſcholis.Sed an in legibus talis ſocietas valeret:vt petebat dominus M?Reſpond.videtur quòd non:vt infra de var.cog.l.j.§.proinde. A

b *Fieri*.& nota fieri:vt ſubiicit.

q *Vniuerſarum*.& ita omnium bonorum ſpecialiter: vt.ſ.eod.l.iij.§.cum ſpecialiter.& facit.j.proxi.§.

r *Idem Maximinæ*.aliàs eſt.§.& aliàs lex,ſi ſocietatem &c.

ſ *Fortunarum*.& ſic omnium bonorum:vt ſupra proxi.

t *Imputanda*.vt.ſ.fami.erciſ.ex parte.§.filius.& facit.ſ.de nego.geſt.quæ vtiliter.

c *Proſcripſerunt*. id eſt in ſcripturam publicã redegerunt qđ de partib⁹ ſocietatis æqualibus vel inæqualib⁹ eis placuit ſtatuere.Acc.

d *Ita dari*.id eſt ſtipulati ſunt inter ſe, & nihil eſt amplius dicendũ. Et no.ꝙ hæc verba poſſunt intelligi vt ſint duæ ſtipulationes.vna vt ea fiant,& nihil contra:alia ſcilicet de pœna.Item vna ſcilicet de pœna tantùm : ſed ſocietatis pactum cõſenſu tãtùm ſit veſtitum: vt patet.j.reſpon.

* Flo.eſſe.

e *Fuiſſe*.id eſt hoc eueniſſe.

f *Feciſſent*. quod ſemper prę ſumitur ſecũdũ hæc iura in dubio, niſi cõtra apparet: vt.j. de act.& oblig. l. obligationũ ferè.§.fi.&.ſ.eo.l.ſi quis. Azo. non hodie, niſi expreſsè agatur:vt.C.de noua.l.fi.

g *Spõdes*.ita ſubaudi.

h *Rem*. i.contractum.

i *Rei*.ſ.ratione.

k *Obligari*. ſcilicet per ſtipulationem.

l *Agi poſſe*. in altero caſu ſcilicet. ſed ibi videtur nouatio:vt.j. de actio.& obli.l.obligationum ferè. in fi.quæ eſt cõtra. Sed illud verum , ſi cõditio pœnalis exiſtat,nõ prius.igitur agitur hîc pro ſocio ante cõmiſſam pœnam,nõ poſt.& in hoc tempore eſt differẽtia inter vnum caſum & alterum.

m *Duo colliberti*. eiuſdem patroni erant liberti.Accurſius.

n *Compẽdij*.idem ſignificat hîc,&.ſ.eo.ſed & ſi adiiciatur. Sed argu. contra. j. de vſur. ſi ſtipulatus.

LXXI. IDEM *libro tertio Epitomarum Alfeni Digeſtorum*.

DVo ſocietatem coierunt vt grammaticam docerẽt,[a] & quod ex eo artificio quæſtus feciſſent, commune eorum eſſet.* de ea re quæ voluerunt fieri,[b] in pacto conuento ſocietatis proſcripſerunt:[c] deinde inter ſe his verbis ſtipulati ſunt: *Hæc quæ ſupra* B *ſcripta ſunt, ea ita dari*[d] *fieri, neque aduerſus ea fieri: ſi ea data facta non erunt, tum viginti milia dari?*

Quæſitum eſt,an ſi quid contra factum eſſet, ſocietatis actione agi poſſet.Reſpondit,ſi quidem pacto conuento inter eos de ſocietate facto ita ſtipulati eſſent,*Hæc ita dari fieri ſpondes?* futurum fuiſſe,[e] vt ſi nouationis cauſa id feciſſent,[f] pro ſocio agi non poſſit, ſed tota res in ſtipulationem trãſlata videretur. Sed quoniam non C ita eſſent ſtipulati, *Ea ita dari fieri ſpondes?*[g] ſed,*ſi ea ita facta nõ eſſent, decem dari?* non videri ſibi rem[h] in ſtipulationem perueniſſe, ſed dũtaxat pœnam. Non enim vtriuſque rei[i] promiſſorem obligari[k] vt ea daret faceret: & ſi non feciſſet, pœnam ſufferret: & ideo ſocietatis iudicio agi poſſe.[l]

Duo colliberti[m] ſocietatem coierunt lucri, quæſtus, compẽdij:[n] poſtea vnus ex his à patrono heres inſtitutus eſt : alteri legatũ datum eſt. Neutrum horum in medium D referre debere reſpondit.

In ſocietate culpa leuis eſt non adhibere eam diligentiam quam in ſuis adhibere ſolitus eſt tempore contractæ ſocietatis. Bart.

LXXII. GAIVS *libro ſecundo Rerum Cottidianarum,ſiue Aureorum*.

SOcius ſocio etiam culpæ nomine tenetur , id eſt deſidiæ atque neglegentiæ. Culpa autem non ad exactiſſimam diligentiam dirigenda eſt . ſufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere, qualem ſuis rebus adhibere ſolet:[o] quia qui parum diligentem ſibi ſocium adquirit, de ſe queri debet.[p]

Sentẽtiæ arbitri omnino eſt parendum,ſententia verò arbitratoris reducitur ad arbitrium boni viri.Bartolus.

LXXIII. VLPIANVS *libro primo Reſponſorum Maximino reſpondit*.

SI ſocietatem vniuerſarũ[q] fortunarum coierunt, id eſt earum quoque rerum quæ poſtea cuique adquirentur: hereditatem cuiuis eorum delatam in commune redigendam. Idem Maximinæ[r] reſpondit,ſi ſocietatem vniuerſarum fortunarum[ſ] ita coierint,vt quidquid erogaretur vel quæreretur, communis lucri atque impendij eſſet : ea quoque quæ in honorem alterius liberorum erogata ſunt, vtrinque imputanda.[t]

LXXIIII. PAVLVS *libro ſeptuageſimoſecundo ad Edictum*.

SI quis ſocietatem cõtraxerit:[u] quod emit,[x] ipſius ſit,non cõmune: ſed ſocietatis iudicio cogitur rem communicare.

LXXV. CELSVS *libro quintodecimo Digeſtorum*.

SI coita ſit ſocietas , ex his partibus quas Titius arbitratus[y] fuerit: ſi Titius antequam arbitraretur deceſſerit, nihil agitur nam idipſum actum eſt, ne aliter ſocietas ſit, quàm vt Titius arbitratus ſit.

LXXVI. PROCVLVS *libro quinto Epiſtularum*.

SOcietatem mecum coiſti ea conditione.[z] vt Nerua amicus communis partes ſocietatis conſtitueret. Nerua conſtituit vt tu ex triente ſocius eſſes, ego ex beſſe. Quæris vtrum ratum id iure ſocietatis ſit, an nihilominus ex æquis partibus ſocii ſi- E

S*I quis*.] CASVS. Si quis cõtrahat ſocietatem omnium bonorum , & aliquid emat: illud quod emit, ſuum ſit,ſed tamen communicare cogitur actione pro ſocio.Viuia.

u *Si quis ſocietatem contraxerit*. ſcilicet omniũ bonorũ.alioquĩ quod emit,nõ cogitur communicare : vt. C.com. vtri.iu.l.ſi patruus.

x *Quod emit*. ſcilicet poſt cõtractum ſocietatẽ : alioquin contra: nã ſtatim tunc fiũt cõmunes ſocietate inita: vt.ſ.eod.l.j.§.j. &.l.ij. Sed quare ſecus?Reſp. actus ineundæ ſocietatis hoc facit.Accur.

S*I coita ſit*.] CASVS. Duo coierũt ſocietatem. ſi de partibus lucri cõ ſentire non poſſunt,conueniunt vt aſſumatur arbiter . ſi decedat antequã arbitratus fuerit,nulla erit ſocietas,quia ineſſe videtur hæc conditio,ſi arbitretur vt ſit ſocietas, qua deficiente neque ſocietas videtur eſſe coita.Viuianus.

y *Arbitratus fuerit*. & ſic nõ receditur à perſona in ſocietate : vt hîc. idem in venditione : vt.C.de contrahẽ. emp.l. fi. ſi ſicut in ſtipulatione:vt.j.de ver. obli. ſi quis arbitratu. & ſic ſi inſtituo te heredem ex parte quame Titius inſtituit.nam in nihilũ erit heres, ſi Titius me heredem non fecit:vt.j.de hered.inſti.l.ij.Sed illa eſt argu. contrarium prout de futuro ibi cõditio eſt.

S*Ocius*.] CASVS. Socius tenetur ſocio propter culpam, deſidiam vel neglıgentiã quã admiſit in ſocietate.neq; tamẽ eſt culpa dirigenda ad exactiſſimam diligẽtiam.ſufficit enim quòd habeat talem diligentiam qualem ſuis rebus adhibet.ſibi enim imputet qui talem ſocium ſibi elegit,qui parum diligens ſit.Viuia.

o *Solet*.vt & maritus:vt.j.ſolu.ma.ſi conſtante.§.ſi maritus.

p *Debet*.imputat ſibi ſocius:vt hîc,& inſti.eo.§.fi.& deponens: vt inſti.qui.mo.re contrahitur obl.§.præterea.Item qui menſorem malum adhibet:vt.ſ.ſi men.fal.mo. dixe. l.j. §. hoc autem. Item qui compromittit:vt.ſ.de arbi.diem.§. ſtari. Item qui vadit in loco periculoſo:vt.ſ.ad.l.Aquil.item Mela.in princi.

S*I ſocietatem*.] CASVS. Si coita ſit ſocietas vniuerſarum fortunarum,vt quicquid erogetur, vel quicquid lucretur,ſit commune:ſi ſocio obueniat hereditas vel legatum, communicabitur totum : & ſi in honorem filiorum alterius ſocius expendat, commune erit onus,vt communicetur.Viuianus.

S*Ocietatem*.] CASVS. Si ſocietas inter aliquos ſub hac forma coita ſit,vt Titius partes ſocietatis, puta lucri & damni cõſtituat,& ipſe partes diſpares conſtituerit:an tale arbitrium valet:hoc eſt,vtrum ſocietas ex his partibus coita ſit, an ad boni viri arbitriũ decurrendũ ſit?Et dicitur quòd arbitrorum duo ſunt genera,ſcilicet vnus arbiter cõpromiſſarius, alius arbitrator,ſcilicet prout hîc ſumitur, vt redigi debeat ſuum arbitrium ad arbitriũ boni viri, licet certa perſona in arbitrio fuit comprehenſa:veluti ſi in lege locationis dicatur quòd opus fiat arbitrio locatoris.& maximè eſt hoc in quæſtione iſta,eo magis quòd eſt iudicium bonæ fidei,puta ſi vnum ex milleſima, alium ex duabus milleſimis ſociũ conſtituiſſet:& illud poteſt eſſe conueniens arbitrium,vt non ſint ſocij ex æquis partibus in illo caſu,quando ſcilicet opera vel induſtria vnius vel gratia plus collatura erat.h.d. vſque ad.l.ſi ſocius.Viuianus.

z *Conditione*.id eſt eo tenore.nam nomen conditionis pluribus modis accipitur.

*Arbitrorum*.

a *Arbitrorum.* nunc incipit reſpondere, ſed certè imò ſunt & alia quatuor genera, vt ponat ꝑ iudice delegato, vel quaſi delegato, vel ordinario, vel diſpẽſatore rei ſuæ: vt.ſ.qui ſatiſd.cog.arbitro. &.C.de iudi.l.antep.& de poſtul.l.q ſquis.& má.l.in re mãdata.

b *Itum eſt.* vt.ſ.de arbi.l.diem.§.ſtari.dum tamen dolus abſit, alioquin de dolo exciperetur: vt.C. de arbi.l. arbitrorum.

c *IN propoſita. Boni viri.* id eſt iudicis: vt.ȷ. de verb. oblig. cõtinu§.cũ ita. Itẽ in eo quod dicit, ad boni viri arbitriũ decurri: eſt contra.ȷ.de verb.oblig. ſi quis arbitratu. vbi dicitur à perſona non recedendum. Sol. dicunt quidá illam intelligi in ſtricti iuris iudiciis, hâc in bonæ fidei: vt hic ſubiicit. hoc nõ valet, quia & in bonę fid. idem eſt vt nõ recedatur: vt.ſ.e.ſi coita. Dic ergo, refert an arbitretur, & iniquè, & tunc recurritur ad arbitrium boni viri, & in contractibus bo. fi. vt hîc, & ſtricti iuris: vt.ȷ. de ope.lib. ſi libertus. an non arbitretur, quo caſu nõ receditur à perſona, nec in bo.fi. vt. d. l. ſi coita. &.C. de cõtrahẽ.emp.l. fi. nec in ſtricti iuris: vt in.l. contra. Sed in arbitro compromiſſario, etiam ſi pronũtiat iniquè, nõ recurritur: vt.ſ.l. ſi ſocietatẽ. ſic ergo de arbitratore loquitur hîc glo. Sed an is qui iniquè arbitratus eſt, iterũ volẽs arbitrari eſt audiẽdus? arg. quod nõ: vt.ſ. de arb.l. dicere autẽ. &.l. quia. &.ȷ. de re iu.l. iudex. & que de primo arbitrio ĩtelligitur: vt.ȷ. de ver. ſigni.l. boues.§. hoc ſermone. Econtra videtur ꝙ ſic: vt. C. quomodo & quãdo.iu. l.iiij.&.ſ. de arbi. l. quid tamen. & ar. C. de accu. l. iiij. & de cõdit. & demõſt. l.hæc conditio.&.ſ. de iureiu. l. qui per ſalutẽ. Itẽ quid ſi fuerũt data pignora iniquo arbitratori, & velit retinere ea ꝑ ea ſumma quã arbitratur alius bonus vir, quaſi ea à principio obligata fuerint? Reſp. non poteſt: vt arg.ȷ.iudi.ſol.l.iij.&.l.pe.

mus. Exiſtimo autem melius te quæſiturum fuiſſe, vtrum ex his partibus ſocij eſſemus, quas is cõſtituiſſet: an ex his quas virũ bonum conſtituere oportuiſſet.

Bonus.§.eſt, & ſic procedit: quia primò ponit thema & quæſtionẽ, prout factũ eſt in prin. legis. Secũdò ponit quæſtionẽ prout debuit fieri. Tertio ponit vnam ſuam diſtinctionem conferentẽ ad determinationem quæſtionis. Quarto determinat quæſtionem. Quinto declarat vnum dubiũ circa præmiſſa. Secunda eſt ſupra ibi, exiſtimo. Tertia ibi, arbitrorum. Quarta, in.l. in propoſita. Quinta, in.l. quid enim.ver. illud, &.h.d. Sẽtẽtiæ arbitri omnino eſt parendum. Sententia vero arbitratoris ſi fuerit iniqua, reducitur ad arbitrium boni viri. h. d. Bar. Secus in vero arbitro aſſumpto ad lites decidẽdas, quia in eo non habet locũ recurſus ad arbitriũ boni viri. Bald.

Arbitrorum [a] enim genera duo ſunt. Vnum eiuſmodi, vt ſiue æquum ſit, ſiue iniquum parere debeamus. quod obſeruatur, cum ex compromiſſo ad arbitrum itum eſt. [b] Alterũ huiuſmodi, vt ad boni viri arbitriũ redigi debeat, etſi nominatim perſona ſit comprehenſa cuius arbitratu fiat:

LXXVII. PAVLVS *libro quarto Quæſtionum.*

VEluti cum lege locationis comprehenſum eſt, vt opus arbitrio locatoris fiat.

LXXVIII. PROCVLVS *libro quinto Epiſtularum.*

IN propoſita autẽ quæſtione arbitrium viri boni [c] exiſtimo ſequendum eſſe: eo magis quòd iudicium pro ſocio bonæ fidei eſt.

LXXIX. PAVLVS *libro quarto Quæſtionum.*

VNde ſi Neruæ arbitrium ita prauum eſt, vt manifeſta iniquitas eius appareat, corrigi poteſt per iudicium bonæ fidei.

LXXX. PROCVLVS *libro quinto Epiſtularum.*

QVid enim ſi Nerua conſtituiſſet vt alter ex milleſima [d] parte, alter ex duo* milleſimis partibus ſocius eſſet? Illud poteſt conueniens eſſe viri boni arbitrio, vt non vtique ex ęquis partibus ſocij ſimus: veluti ſi alter plꝰ operæ, [e] induſtriæ, gratiæ, pecuniæ, in ſocietate collaturus erat.

Pactum inter ſocios, quod filiæ de cõmuni dotentur: eſt validũ. & ſi durante ſocietate dos reddatur in cõmune cum ſua cauſa reuertitur. ſecus ſi ſocietate ſoluta per filiã recuperetur: & ſi acceptilatione fuerit liberata, ſocio nõ nocebit. h. d. quã. l. no. Bar. & Bal. quid ſi nõ fuit expreſſè actũ quod de cũmuni? cõſuluit Pau. de Caſt. quod de ſua parte videtur dotaſſe.

LXXXI. PAPINIANVS *libro nono Quæſtionum.*

SI ſocius [f] pro filia dotem promiſit, & priuſquam ſolueret, [g] herede ea relicta deceſſit, [h] quæ poſtea [quã] cũ marito [i] de exigẽda dote egit, [k] accepto liberata eſt: quæſitum eſt, an ſi pro ſocio ageret, dotis quãtitatem percipere deberet, ſi fortè cõueniſſet [l] inter ſocios vt de cõmuni dos cõſtitueretur. Dixi pactũ nõ eſſe iniquũ: [m] vtique [n] ſi nõ de alterius tãtum filia cõuenit. Nã ſi cõmune hoc pactum fuit: non intereſſe quod alter ſolus filiam habuit. Cæterũ [o] ſi numeratã dotẽ pater defuncta in matrimonio filia recuperaſſet, [p] reddi pecuniã ſocietati debuiſſe: pactũ ex æquitate ſic nobis interpretantibus. Quod ſi ſalua [q] ſocietate diuortio matrimonium ſolutũ foret, cũ ſua cauſa dotem [r] recuperari, ſcilicet vt ea vel alij marito dari poſſit. Nec ſi [ſ] prior maritus facere non poſſet: denuo de ſocietate conſtituendam dotem, niſi nominatim ita conueniſſet. Verum in propoſito [t] largiter eſſe † videbatur, dos numera-

* Duabꝰ: vide Gellium lib.5. cap. 4. & Lãcil Paſium lib. 6. cap.33.

† Sic elegãter pro intereſſe. vt largiter ſit ꝑ inter ſunt qui putent illas literas iter, debere geminari.

d *QVid enim. Milleſima.* ſcilicet tertia. nam tres erant milleſimæ vt ſtatim dicit. Azo.

e *Operæ.* vt.ſ.eo.ſi non fuerint.ȷ.reſpon.

ſ *I ſocius.*] CASVS Si ſocij omnium bonorum ſocietatem coierunt, & cõueniũt vt filiæ eorum ex cõmuni pecunia dotarentur, & vnus filiã ſuã alicui nuptui dedit, & dotẽ dederit, ſi ſoluatur matrimoniũ, & dotem recuperauit, an ad ſociũ redire debeat? Diſtingue. aut manẽte ſocietate ſolutum eſt matrimoniũ mulieris morte, aut diuortio. ſi morte, purè redit ad ſocietatem. ſi diuortio, vel viri morte: redit ad ſocietatẽ, ſed ei dabitur cum nubet: & ſi totum non poſſit facere maritus imputatur patri, neque plꝰ poteſt cõſequi à ſocietate. Si verò finita ſit ſocietas poſt mortem patris, aut recuperauit eam filia, quia ſoluta erat marito, ſiue filia fuerit heres patri, ſiue nõ. Si verò ſoluta marito non erat, ſed tantùm cõuenta vel promiſſa, & ita filia eſt tantùm liberationem cõſecuta à marito, quia liberauit eam per acceptilationem, nihil à ſocio conſequi poterit. Item ad tacitam quæſtionem reſpon. ibi, dixi pactum &c. ſcilicet ad hanc, an ſi inter ſocios conuenerit, vt de cõmuni dotetur eorum filiæ: an valeat huiuſmodi pactum? Et reſpon. quòd ſic.

f *Si ſocius.* omniũ bonorum.

g *Solueret.* ſ.dotem.

h *Deceſſit.* & ſic eſt finita ſocietas.

i *Cum marito.* matrimonio ſoluto, vt redderet maritus quod habebat, ſcilicet obligationem: ad quã reddẽdam ſufficit acceptilatio: vt hîc ſubiicit, &.ȷ. de iure do. promittendo.§.fi.& hoc ſi habes, cũ marito. Si verò habes, dicas eam liberatam ex cauſa donationis: vt qa maritus cõtra eam ſol. iam.ma.agit. ad hoc.ſ. de pecu. l. depoſui. §.ȷ.

k *Egit.* ſol. matrim. poſt finitam ſocietatẽ, quæ fuit finita morte patris iſtius filiæ.

l *Conueniſſet.* huic quæſtioni reſpon.ȷ. ea. l. §. verũ in propoſito &c. interim autẽ de pacto dicit quem habeat effectum.

m *Iniquum.* ſi tamen petatur dotem conſtitui cõſtante matrimonio, ſecus eo ſoluto: vt infra. e.l.§.fi.

n *Vtique.* maximè: vt ſ.l.proxi.§.illud. Azo. Et no. hîc de æquitate: vt.C.de fruct.& li. expen.l.fi.&. C. de prox. ſac.ſcri.l. in ſacris. §. & quoniam.lib. xij.&.ſ. de arbi. ſi cum dies. §. penul.&.C. de pac.l.j.

o *Ceterũ.* hoc ita breuiter comprehende: ſi matrimoniũ ſoluatur manente ſocietate, pro quo pecunia ex ſocietate data eſt: ſi quidem morte mulieris, purè redit ad ſocietatem tãtũ. ſi diuortio, redit ſimiliter, vt tamen pro alio marito ſeruetur, vt ſi non potuit tota exigi à marito, quia nõ fuit ſoluendo, hoc imputetur patri, quia non plus conſequetur ex ſocietate. Si verò finita ſocietate, vt morte patris rehabuit filia dotem non reddit ſociis quondam patris, ſiue ſit patris heres, ſiue non. ſi autem non fuit ſoluta. & ita nunc filia eſt tãtum liberationem à marito conſecuta, nil à ſociis conſequetur. Accurſius.

p *Recuperaſſet.* ſcilicet durante ſocietate: alioquin non: vt infra ead.l.§.fin.Azo.

q *Salua.* id eſt durante.

r *Dotem.* Sic ergo ſufficit ſemel: vt infra de lega. iij. fideicommiſſa.§.ſi quis. Accurſius.

ſ *Nec ſi.* pro, & non. Azo.

t *In propoſito.* quando finita ſocietate factum eſt diuortium.

a *Alius.* quàm filia, quæ ſola habet dotem profectitiam, ſiue emancipata, ſiue exheredata, ſiue cum aliis inſtituta ſit: vt. C. de rei vxo.ac.l.j.§.videamus.Accurſius.

b *Liberata.* ſoluto matrimonio. Accurſius.

c *Non ſolutam.* nam ſocietas non tenetur dotare.

IVre.] CASVS. Si duo ſocietatem omnium bonorum contrahant, & vnus mutuam pecuniam non ex cauſa ſocietatis accipiat, non obligatur alter, niſi &c.

d *Non obligatur.* directò vel per mediam perſonam.

e *In communem.* ſaltem deſtinatione, vt nihil poſſit imputari ei quod non conuertit in vtilitatem communem, & tunc tenetur per obliquum: quia ſocius tenetur ſocio: quia accepit pecuniam in vtilitatem communem.

f *Arcam.* id eſt in rem communem.

ILlud.] CASVS. Arbor vel lapis erat in cõfinio duorũ prædiorũ dominus alteri[g] prędij exemit. quæritur an communis fiat pro indiuiſo, ſicut accidit cũ duorum maſſa conflatur, quæ vtriuſque cõmunis ſit pro indiuiſo, an ſit vtriuſque pro illis partibus diſcretis quas habebat vterque in fundo? Dicitur quòd magis conuenit naturali rationi, quòd quilibet tãtũ habeat, quãtum in terra habebat, hoc tamen pro indiuiſo: ſicut in maſſa è duabus aliis maſſis conflata contingit. Viuianus.

g *Illud quærendum eſt.* de ſocietate quæ conſenſu contrahitur, huc uſque eſt locutus nũc de caſuali cõmemorat.

h *Parte.* ſcilicet pro diuiſo.

i *Multo magis.* ideò dicit magis, quia arbor nouam accepit ſubſtãtiam & nomẽ: vt prius arbor, & poſtea lignũ vocetur: vt infra de legat.iij.ligni.§.idem Labeo. ſed maſſa & antè conflationem & poſtea ſemper maſſa vocatur, & ideò magis debet dici lignũ eſſe cõmune ꝓ indiuiſo, licèt prius eſſet ꝓ diuiſo, quã maſſa: vt hîc ſubiicit.

* Flo. ratione.

ta eſſet, an verò promiſſa. Nam ſi filia datam dotẽ, poſtea quã patri heres extitit, iure ſuo recepiſſet, nõ eſſe referendam pecuniam ſocietati, quam mulier habitura fuit etſi alius[a] heres extitiſſet. Quòd ſi accepto à marito liberata[b] eſſet nequaquam imputari poſſe ſocietati non ſolutam[c] pecuniam.

LXXXII. IDEM *libro tertio Reſponſorum.*

IVre ſocietatis per ſocium ære alieno ſocius non obligatur:[d] niſi in communem[e] arcam[f] pecuniæ verſæ ſint.

Quantam partem quis habet in terra, tantam habet in arboribus & lapidibus ſeparatis ab eis: quia aliud eſt ſeparatio, aliud ſpecificatio. Baldus.

LXXXIII. PAVLVS *libro primo Manualium.*

ILlud quærendum eſt,[g] arbor quæ in confinio nata eſt, item lapis qui per vtrumque fundum extenditur, an cùm ſucciſa arbor eſt, vel lapis exẽptus, eius ſit, cuius fundus: pro ea quoque parte[h] ſingulorum eſſe debeat, pro qua parte in fundo fuerat: an qua ratione duabus maſſis duorum dominorum conflatis, tota maſſa communis eſt, ita arbor hoc ipſo, quo ſeparatur à ſolo, propriámque ſubſtantiam in vnum corpus redactã accipit. multo magis[i] pro indiuiſo communis ſit, quàm maſſa. Sed naturali conuenit rationi,* & poſtea tantã partẽ[k] vtrũque habere tam in lapide quàm in arbore, quantam & in terra habebat.

LXXXIIII. LABEO *libro ſexto Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.*

QVotiens iuſſu alicuius vel cũ filio eius, vel cum extraneo ſocietas coit: directò cũ illius perſona[l] agi poſſe, cuius perſona in contrahẽda ſocietate ſpectata ſit.

k *Tantam partem.* pro indiuiſo. nam quod prius erat, finitis partibus poſtea confunditur: vt.s.communi.di.l.arbor.

QVotiens.] CASVS. Si iuſſu patris contrahatur ſocietas cum filio, vel iuſſu alicuius cum aliquo extraneo: actione pro ſocio rectè aget directè contra illum cum quo contracta eſt ſocietas, cuius perſona in ſocietate eſt ſpectata. Viuianus.

l *Cum illius perſona.* cũ quo coita eſt ſocietas. ſed cũ illo qui iuſſit, agitur cõdictione certi: vt inſti. quod cũ eo. in fi. &. s. ſi cer. pet. ſi inſtitorẽ. & hîc eſt caſus illi⁹. l. noſtrę. l. ꝗ cũ eo iubente agaꝰ. Ac.

DE CONTRAHENDA EMPTIONE &c.

*Licèt ſuper rebus multæ contrahantur obligationes, vt dictum eſt ab illo titulo. s. de rebus credit. vſque huc: hæc tamen vna eſt præcipua, ſcilicet emptionis: ideoque ſuper ea ſpecialem librum ponit. Accurſius.*

*Longior tractatus de emptione & venditione proprium librum huic contractui dicauit, qui etiam cùm videretur nimium excreſcere & ſuperari materia, reiecta ſint actiones ex empto vẽdito in librũ ſequẽtẽ. Emptio eſt cõuẽtio nuda qua id agitur vt rei tradendæ dominium in accipiente transeat dato certo pretio. Contrahitur enim conſenſu ſolo intercedẽte re & pretio. Nec ſi id agatur, ne dominiũ trãſeat emptio venditio intelligitur l. pen. §. vlt. quamuis etiam conſiſtat in re aliena. Ei vero pacta poſſunt adiici varia quæ tamen quã interſit ex continenti an ex interuallo adiiciantur, & emptioni detrahant an adiiciant, hoc titulo explicatur. Item enumerantur res quarum commercium non eſt, veluti venena mala, ſeruus qui eſt in fuga, ea quæ ædibus iuncta ſunt, ædes ſacræ & quæ in vſu publico ſunt. Cuiacius.*

# Digeſtorum

## ſeu Pandectarum Liber octauusdecimus.

## DE CONTRAHENDA emptione & venditione, & de pactis inter emptorem & venditorem compoſitis, & quæ res venire non poſſunt.

### TITVLVS I.

I. PAVLVS *libro trigenſimotertio ad Edictum.*

ORigo[†] emendi vendendique à permutationibus cœpit. Olim enim non ita erat nũmus:[m] neque aliud merx,[n] aliud pretium vocabatur: ſed vnuſquiſque ſecũdũ neceſſitatem tẽporũ ac rerum vtilibus[o] inutilia permutabat: quando plerumque euenit, vt quod alteri ſupereſt, alteri deſit. Sed quia non ſemper nec facilè concurrebat, vt cũ tu haberes quod ego deſiderarem, inuicẽ haberẽ quod tu accipere velles: electa materia eſt,[p] cuius publica ac perpetua[q] æſtimatio difficultatibus[r] permutationũ æqualitate quãtitatis ſubueniret: eáque materia forma publica percuſſa, vſum dominiũque nõ tã ex ſubſtantia[ſ] præbet,[t] quàm ex quãtitate: nec vltra merx vtrũque ſed alterũ pretiũ vocatur. Sed an ſine nũmis vẽditio dici hodiéque poſſit, dubitatur: veluti ſi ego togã dedi, vt tunicã acciperẽ. Sabinus & Caſſius eſſe emptionẽ & vẽditionem putãt,[u] Nerua & Proculus permutationem, non emptionẽ hoc eſſe. Sabinus Homero teſte vtitur, qui exercitũ Græcorũ ære, ferro, hominibúſque vinum emere refert, illis verſibus,[x]

Ἔνθεν ἄρ᾽ οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί,
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ᾽ αἴθωνι σιδήρῳ,
Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ᾽ αὐτῇσι βόεσσιν

† Vide Ariſt. 1.politico.c. 6.&.5. Eth. cap. 5. Plin. lib.7.cap.57.

ORigo.] CASVS. Olim cũ denarij nõ erant in vſu & vnus rẽ alterius deſiderabat: cum re alia fiebat ꝑmutatio: ſed quia multoties contingit, vt quòd vni deerat, alius nõ haberet: poſtea inuẽta eſt materia, ex qua fiebant emptiones &c. [SED AN.] Apud antiquos dubitatum fuit, an emptio & venditio ſine nummis contrahi poſſit: puta do tibi togam, vt tunicam accipiam. & in hac quæſtione dicit Sabinus & Caſſius emptionem & vẽditionem eſſe, & Proculus dicit permutationẽ. Sabinus vtitur arg. Homeri, quia exercitus Græcorum de ferro vinum emebat: & dicebat. Nerua eſſe permutationem, cuius eſt vera ſententia. Nam ſicut alius eſt venditor, alius emptor: ita debet eſſe aliud merx, aliud pretium: quod non eſt in hac permutatione. eſt autem emptio contractus iuriſgen. & ideò cõſenſu fit: & inter abſentes, & per nuntium fieri poteſt, & per literas. Viuianus.

m *Nũmus.* ſicut hodie.

n *Aliud merx.* id eſt res vendita.

o *Vtilibus.* ſibi. Inutilia, aliis.

p *Electa materia eſt.* ſ. auri, vel argenti.

q *Perpetua.* i. generalis omniũ rerũ. ſic & inſt. de ſatiſda. tu, §. j. Ac.

r *Difficultatibus.* nam erat difficile, quòd tu ſemper haberes quod ego deſiderarem.

ſ *Ex ſubſtantia.* argenti vel auri.

t *Præbet.* no. quod ex duobus præbet vtilitatẽ, ſui vſus, & ſui dominij. Primo ex ſubſtãtia: quia tantum valet vnus nummus, quãtum argenti tantundem in maſſa. Secundo ex quantitate: quia æquiparatur quantitas nummi æquiualentiæ rei. & ſic per nummum fit æqualitas in quantitate.

u *Putant.* ſed malè. Accurſius.

x *Verſibus.* Iliados. 7. circa finem: quorum hæc eſt interpretatio: Cæſarie inſignes redimunt hinc vina Pelaſgi. Pars dedit æs nitidum: ferrum pars altera: bubus Tergora diripiens hic protulit, ille agit

le agit ipſos Ad naues tauros,hic bello corpora capta.Vide Alcia lib.2.prætermiſſ.in hoc tit.& Budæum hîc.

a *Videntur.*quia in prædictis verſibus non erat emere, ſed comparare.Accurſius.

b *ſicut illi.*Ilia.6.quorum hîc eſt ſenſus:Iupiter eripuit mirè hîc præcordia Glauco,Qui cũ Tydide demens crepitantia mutat Arma ſubæratis,auro viſenda coruſco.Vide Bud. hîc, & Alcia.lib.2. prætermiſſ.

c *Pro hac ſententia.*ſ.prædicta Sabini, licèt nec hoc multum faciat.

d *Poeta dicit.*Odyſſ.§.ꝗ ſic vertitur: Hanc propriis rebus Laertes emerat olim,Vigintíque boues prõpſit ꝑ impube puella. Vide Alcia. lib.2.prætermiſſ.hîc.

e *Quod.*pro,ſed.Io.vel propriè pone. Azo. & facit ad. §. inſtit. eo. §. item pretium.

f *Iuriſgentium.* vt.§. de iuſti.&.iu.l.ex hoc. Ac.

g *Conſenſu peragitur.* i. ſine ſolemnitate verborũ,quæ eſt tantũ à iure ciuili indũcta:vt inſt. de acti. §. de pecunia. Ac.

h *Et per literas.* vt.ȷ̃. de act.& oblig. l. conſenſu.& quòd de nuntio dicit, ſic accipe, ad hoc deſtinato. ſecus enim ſi dicerem, vẽderem rem iſtam Titio pro.x.& ali quis audiens afferet ei verba.nam non eſt vẽditio:licèt quidam cõtradicãt.& idem in donatione dicũt.quod nõ puto verũ. Itẽ quod ſi antequã literæ vel nũtius ad eum perueniãt, venditor renũtiat?quidam dicunt non valere contractum: arg. cõtra C.de repu.licèt.&.ȷ̃.de manu. vin. l. ſi pater.ij. reſp.&.iij.ſed Ald.dicit tenere, quod puto verum:vt ar.§.ti.j.l.ſed & ſi ſocius.§.j.&. §. quod iuſſu.l.j.§.ſi ego.Acc.

Hæc verba addita à Triboniano ſunt.

Ἄλλοι δ᾽ ἀνδραπόδεσσι.

Sed hi verſus permutationem ſignificare videntur,[a] non emptionem:ſicut illi:[b]

Ἔνθ᾽ αὖτε γλαύκῳ κρονίδης
φρένας ἐξέλετο Ζεύς,
Ὃς πρὸς τυδείδην διομήδεα τεύχεα ἄμειβε
[χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι᾽ ἐννεαβοίων.]

Magis autem pro hac ſententia[c] illud diceretur,quòd aliàs idẽ poëta dicit,[d]

[τὴν ποτὲ Λαέρτης] πρίατο κτεάτεσσιν ἑοῖσι,
[πρωθήβην ἔτ᾽ ἐοῦσαν,ἐεικοσάβοια δ᾽ ἔδωκεν.]

Sed verior eſt Neruæ & Proculi ſententia.Nam vt aliud eſt vendere, aliud emere: alius emptor, alius venditor:ſic aliud eſt pretiũ, aliud merx. quod[e] in permutatione diſcerni nõ poteſt, vter emptor, vter venditor ſit. Eſt autem emptio iuris gentium,[f] & ideo conſenſu peragitur:[g] & inter abſentes contrahi poteſt, & per nũtium,& per literas.[h]

II. VLPIANVS *libro primo ad Sabinum.*

INter patrem & filium contrahi emptio non poteſt:[i] ſed de rebus caſtrẽſibus poteſt.Sine pretio[k] nulla venditio eſt. Non autẽ pretij numeratio, ſed cõuentio[l] perficit ſine ſcriptis[m] habitam emptionem.

III. IDEM *libro viceſimooctauo ad Sabinum.*

SI res ita diſtracta[n] ſit, vt ſi diſplicuiſſet,inempta eſſet: conſtat non eſſe ſub conditione diſtractam, ſed reſolui emptionem ſub conditione.

IIII. POMPONIVS *libro nono ad Sabinum.*

ET liberi hominis, & loci ſacri & religioſi,qui haberi nõ poteſt,emptio intelligitur,ſi ab ignorante[o] emitur.

INter patrem.] CASVS Si pater vendat filio & ẽconuerſo. venditio nõ valet, niſi de caſtrẽſib⁹.& hoc in prima.Secũdò dicit ꝗ venditio non eſt ſine pretio :ſed conuentio pretij non numeratio ſola perficit emptionem contractam ſine ſcriptis. Vi.

i *Non poteſt.*vt obligatio cum effectu vel actio naſcatur: vt ſupra de iud.l.lis.

k *Sine pretio.*in quantitate certa,conſiſtente:vt.C. eo.l. empti. & inſtit.eo.§.item pretium.

l *Conuentio.*vnde etiam aliud pro pretio dari poteſt, volente vtroque:vt.C.de reſcin.vend.l.pretij.Accurſius.

m *Sine ſcriptis.*ſi enim in ſcriptis,tunc oportet perfici ſcripturam totam:vt inſti.eo.§.j.& dic quid ſit in ſcriptis,vt ibi dixi.

SI res.] CASVS Vendidiſti mihi rem vt ſi diſplicuiſſet,eſſet inempta.dicitur quòd hîc non cõtrahitur emptio ſub cõditione,ſed reſoluitur ſub conditione ſi diſplicuerit.Viuianus.

n *Diſtracta.*imò videtur conditionalis:vt inſti. e.§. emptio. quæ eſt cõtra.Sol.refert an dicat,ſi diſpliceat,ſit inempta:& tunc obti net quod hîc dicit.an ſic:vẽdo,niſi tibi diſpliceat.vel vẽdo,ſi tibi placuerit,vt ibi:argu.ȷ̃.de in diem addi.l.ij.&.ȷ̃.de vſucapio. pro emp.l.ii.§.ſi in diem.arg.ȷ̃.de adi.leg.l.ſi legatũ. Vel illa ſecũdum iſtam,quia eſt ſub conditione.Accurſius.

ET liberi.] CASVS. Si emo hominem liberum,& rem ſacram & religioſam ignorãs, valeat emptio & vẽditio, ꝗa difficille eſt dignoſcere hominem liberũ à ſeruo. Viuianus.

o *Ab ignorãte.* vt.ȷ̃. de vſucap.l.iuſto.in ſi.j.re ſpon.& inſti.e.§.fi.non aũt curo ſciat vel ignoret venditor:vt.ȷ̃. eo. l. liberi hominis. Accur.

V. PAVLVS *libro quinto ad Sabinum.*

QVia difficilè dignoſci poteſt liber homo à ſeruo.

Poteſt agi in contractu ad reciſionem contractus.Baldus.

VI. POMPONIVS *libro nono ad Sabinum.*

SEd Celſus filius ait,hominem liberum ſcientem te emere nõ poſſe:nec cuiuſcumque rei,ſi ſcias alienationem † nõ eſſe:vt ſacra & religioſa loca: aut quorũ cõmercium non ſit,vt publica,quæ non in pecunia[p] populi, ſed in publico vſu habeantur, vt eſt campus Martius.[q]

Vbi cõtractus ex cõuẽtione reſoluitur, actione ex eo contractu agitur ad id quod eſt actum.Bart.

Si fundus annua bima trima die ea lege veniſſet,vt ſi in diem ſtatutũ pecunia ſoluta nõ eſſet,fundus ineptus foret: & vt ſi interim emptor fundum coluerit,fructuſque ex eo perceperit inempto eo facto reſtituerentur, & vt quãti minoris poſtea alii veniſſet, vt id emptor venditori præſtaret: ad diem pecunia nõ ſoluta, placet vẽditori ex vendito eo nomine actionẽ eſſe.[r] Nec conturbari debemus, quod inẽpto fundo facto,dicatur actionẽ ex vendito futuram eſſe. In emptis enim & vẽditis poti⁹[ſ] id quod actũ,quàm id quod dictũ ſit,ſequẽdum[t] eſt.& cum lege id dictum ſit,[u] apparet hoc dumtaxat actum eſſe, ne venditor emptori pecunia ad diem non ſoluta obligatus eſſet: non vt omnis obligatio empti & vẽditi vtrique[x] ſolueretur.Conditio[y] quæ initio contractus dicta eſt poſtea alia pactione immutari poteſt: ſicuti etiã abiri à tota emptione poteſt, ſi nõdum impleta ſunt quæ vtrinque præſtari debuerunt.[z]

Si in alterius ex cõtrahentibus arbitrium conditio conferatur,

† Sic Flor.cũ nota parentheſeos ſcribitur negatio, quæ nota ſignificat delendã: ſed ſi quis vellet ſubtilius inſpicere, ſic poſſet legere, nec cuiuſcunque rei (ſi ſcias) alienationẽ eſſe i.ſi ſcias eius rei nõn eſſe commercium.

SEd Celſus.] CASVS. ſi ſciens emerit quis hominẽ liberũ, aut aliã ꝓhibitam rẽ &c.inutiliter cõtrahit, ꝗ eſt verũ de omni re cuius eſt ꝓhibita alienatio,velũti res ſacra & religioſa, & dedicata vſib⁹ publ. vt Cãpus Martius. [SI FVNDVS.]Vẽdidi tibi fundũ,ſed eo pacto, vt niſi ſua die.ſ.annua,bima,trima die totũ ꝓtiũ eſſet ſolutũ,ꝗ fund⁹ eſſet inẽpt⁹: & ſi ineptus eſſet,ꝗ fruct⁹ medio tẽpore pcepti, mihi reſtituerẽtur.itẽ cõuenit, ſi min⁹ poſtea quã factus eſſet inẽpt⁹,vẽdere poſſem,tu hoc refunderes. ſi nõ ſoluatur ſua die ꝓtiũ,an te cõuenire poſſim quærit.Et reſpõ. ꝗ ex vẽdito cõpetit actio nõ obſtãte eo ꝗ fund⁹ ſit inempt⁹:quia magis inſpiciẽdũ eſt quod actũ eſt, quàm quod dictũ eſt.actũ aũt eſt, vt nõ ſoluta ſua die pecunia vẽditor emptori obligatus non ſit, ſed nõ ecõtra.& hoc dicit, nõ vt omnis &c. [CONDITIO.]Vẽdidi tibi rẽ pro.x.ſi re integra conuenit vt eã haberes pro. v. & poſt receſſum eſt à primo cõtractu:in hoc caſu perinde eſt ac ſi re integra nec pretio ſoluto neq; re tradita cõuenĩſſet vt à tota emptiõe recederetur,quia illud ſicut hoc fieri potuit. Vi.

p *In pecunia.*vt molendina communia.Acc.

i *Habere poßit, damnãdus eſt*? Reſpon. & certè ob idipſum damnãdus eſt. quæ eſt litera Piſana. Vel ſi non habes hoc, lege interrogatiuè: & ſupple, quid iuris ſit? Et reſpon. ob id ipſum. Item quod dicit quòd in re aliena nõ poteſt cedi condictio, verùm eſt ratione dominij: ſed ratione poſſeſſionis poteſt: vt. ſ. de cõdic. trit. l. ij. ſed ob id nõ liberatur. Item no. ꝙ imputatur ei qui cedere non poteſt actionẽ, cùm debeat cedere: vt hîc, & infra de ſolu. Stichum, §. penul. &. ꝟ. de admi. tu. ſi pupillus alterum. ſic & infra loca. l. ſi quis domum. in princi. & l. hæc diſtinctio. Sed argu. contra infra de fideiuſ. ſi ſtipulatus. §. ſi ex duobus. Accurſius.

* Quidam hanc particulam vtroque loco hîc delẽdã putãt.

† Hæc venditio dicitur facta auerſione Anto. Augu lib. emend. 3 c. 6.

* Flo. ſingulos.

k *Perfecta venditio.* quantum ad periculũ. ſic &. C. de peri. & cõmo. rei ven. l. ij. Accurſius.

l *In cæteris rebus.* hoc ita in vino, ſi & deguſtatio interceſſerit, ſecundum Bul. vt infra de pericu. & commo. rei vẽ. l. j. §. j. & l. ſi quis vina. Et idem in qualibet alia re quæ venditur ad ſaporem: vt poſt deguſtationẽ demum ſit emptoris periculum. Sed tu dic etiã in vino, quôd ſtatim etiam antè deguſtationem cùm venditur in ſpecie, vt in cæteris rebus: vt hîc, & ſupra proxi. §. nec ob. d. l. infra de pericu. & cõmo. rei ven. l. j. §. j. quia ibi de periculo conuenit: & ſi quidem intra tẽpus, bene eſt: aliàs intelligitur vſque ad deguſtationem. ſi autem nil de periculo conuenerit, ſeruatur quod hic dicitur. Item non ob. dicta lex, ſi quis vina. quia loquitur ibi in vino vendito ad menſuram, quod erat deguſtandum poſt diem certum.

† Flo. ſingulos.

m *Conſtant.* vt oues.

n *Adpenſáve ſint.* hoc niſi ſteterit per emptorẽ quo minus hæc



UNED

ſi aut: vt infra de peri. & com. l. ſi per emptorem. ſi verbi gratia.

a *Adnumerauerit*. ſcilicet pretium conſtituatur. Sic ergo ſub hac conditione videtur fieri, ſi hæc menſurentur, vel appendantur, vel numerentur: vt hîc dicit. ergo pendente conditione periculum peremptionis eſt venditoris, ſed deteriorationis eſt emptoris: & ſic acoris vel mucoris: quod B. planè conceſſit & in qualibet alia conditionali venditione: vt infra de pericu. & commo. rei ven. l. quòd ſi pendēte. Sed certè hoc eſt falſum. & idē Bul. poſtea more ſapientis mutauit cōſilium. nam indiſtinctè omne periculum eſt venditoris: vt hîc. Et ſic aliud erit in hac conditione tacita quàm in aliis: quia venditori datur facultas etiam per corbes tantundem effundere: & ſic poteſt ſe facile periculo liberare: vt infra de pericu. & commo. rei vend. l. j. in fin. Accurſius.

b *Admetiatur*. & deguſtetur. nam hæc duo ſunt neceſſaria: vt infra de peri. & commo. l. ſi quis vina. §. ex hoc apparet. ibi, difficile autē. in princip. l. primæ no. Accurſius.

c *Omne periculum*. non ergo ſolùm peremptionis, ſed etiam acoris & mucoris. Item non ſolum ſi pars pereat, ſed & ſi totum illud dolium: vt hîc. & hoc niſi emptor fuerit in mora: vt infra de pericu. & commo. l. ſi per emptorem. §. ſi verbi gratia. Accurſius.

d *Confinem celauerit*. id eſt malum [a] vicinū: quos vicinos tenetur dicere, ſi ſunt mali: vt hîc. vel ſi hoc ita actum ſit: non aliàs: vt infra eo. l. cùm ſeruo. §. fin. ac ipſos terminos agri ſemper tenetur dicere: vt. j. de ac. emp. l. Titius heres.

e *Teneri*. ſcilicet ad intereſſe. Accurſius.

† De vino doliario, aut quòd idem eſt, doliari, pulchrè Bud. j. de peri. & com. rei ven. l. 1. §. vlti.

* Flo. ſemel.

† Flo. ſingulos eos.

* Hinc Temiſtocles prædiū vendens proclamabat bonū habere vicinum Plutarch⁹. Apophtheg.

† Ex tit ſi quid ī fraud. patroni.

a] De cō noditate ſeu incōmoditate à vicino: pulchrè L. Columella de re ruſtica lib 1. ca 3. & apud Eraſmū in chiliadibus in expoſitione illius prouerbij: Aliquid mali propter vicinum malum.

adnumerauerit. [a] Ergo & ſi grex venierit: ſi quidem vniuerſaliter vno pretio, perfecta videtur, poſtquam de pretio conuenerit. ſi verò in ſingula corpora certo pretio eadem erunt, quæ proximè tractauimus. Sed & ſi ex doliario † pars vini venierit, veluti metretæ centum: veriſſimum eſt (quod & conſtare videtur) antequam admetiatur, [b] omne periculum [c] ad venditorem pertinere. Nec intereſt, vnum pretium omnium centum metretarum inſimul * dictum ſit: an in ſingulas eas. † Si quis in vendendo prædio confinem celauerit, [d] * quem emptor ſi audiſſet, empturus non eſſet: teneri [e] venditorem [dicimus.]

### XXXVI. VLPIANVS *libro quadrageſimotertio ad Edictum.*

CVm † in venditione quis pretiū rei ponit, donationis cauſa non exacturus: [f] non videtur vendere. [g]

Quando pretium incertum in aliquem caſum certificandū confertur: non perficitur venditio ſi certificari non poſſit. Baldus.

### XXXVII. IDEM *libro tertio Diſputationum.*

SI quis fundum iure hereditario ſibi delatum, ita vendidiſſet: *Erit tibi emptus tanti, quanti à teſtatore emptus eſt*: & mox inueniatur non emptus, ſed donatus teſtatori: videtur quaſi ſine pretio facta venditio: ideóque ſimilis [h] erit ſub conditione factæ venditioni: quæ nulla eſt, ſi conditio defecerit. [i]

Valet donatio commixta venditioni: licèt ei intercidat donatio: niſi inter prohibitos. Barto.

tur: vt ſupra ſi cer. pet. itaque.

i *Si cōditio defecerit*. ſecus in legatis, quibus adiecta falſa cauſa vel etiam demonſtratio non nocet: vt inſtit. de legat. §. huic. Accur.

SI quis donationis cauſa.] CASVS. Vendidi tibi equum pro. v. qui valebat. x. an valeat venditio? Dicit huiuſmodi venditionem valere. alias non, cùm tota venditio donationis cauſa fit. ſi enim viliori pretio fiat: valet nihilominus, niſi inter virum & vxorem. & hoc dicit. Viuia.

### XXXVIII. IDEM *libro ſeptimo Diſputationum.*

SI quis donationis cauſa minoris vendat, venditio valet. Totiens enim dicimus in totum venditionem non valere, quotiens vniuerſa venditio donationis cauſa facta eſt. [k] quotiens verò viliore pretio res donationis cauſa diſtrahitur, dubium non eſt venditionē valere. Hoc inter ceteros: inter virum verò & vxorem donationis cauſa venditio facta pretio viliore, nullius momenti eſt. [l]

Emptio rei ſuæ non valet, etiam ſi ematur à creditore cui obligata eſt. Baldus.

### XXXIX. IVLIANVS *libro quintodecimo Digeſtorum.*

SI debitor rem pignoratam à creditore redemerit, quaſi ſuæ rei emptor actione ex vendito nō tenetur: [m] & omnia [n] in integro ſunt creditori. [o] Veriſimile eſt, eum qui fructum oliuæ pendentis vendidiſſet, & ſtipulatus eſt [p] decem [q] pondo olei quod natum * eſſet: pretium [r] conſtituiſſe ex eo quod natum [ſ] eſſet, vſque ad decem pōdo olei. idcirco ſolis quinque collectis, non amplius emptor petere poteſt, quàm quinque pondo olei, quæ collecta eſſent. [& hoc] à pleriſque [t] reſponſum eſt. [u]

Renuntiatio facta poſt terminum conuentionalem, nullius eſt momenti. hoc dicit. Item per vniuerſalem renuntiationem ſatisfit termino, ſi aliud nō eſt actum expreſſè. hoc dicit. iſta. l. quam not. Bartolus.

### XL. PAVLVS *libro quarto Epitomarum Alfeni Digeſtorum.*

QVi fundum vendebat, in lege ita dixerat, vt em-

k *Facta eſt*. vt ſupra eo. l. cum in venditione. Accurſius.

l *Nullius momenti eſt*. vt ſupra ad Velle. l. vir vxori. & infra de iur. do. ſi res. in princ. Hoc tamen ſi principaliter donare intendebat. ſecus ſi principaliter vēdere: quia tūc eatenus irritatur, quatenus fuit donatio: vt. j. de dona. inter virum & vxo. ſi ſponſus. §. circa. Accurſius.

SI debitor.] CASVS. Emi rem à Titio, quam ei pigneraueraˉ. an teneat ac ex vendito? Dicitur quòd non. [VERISIMILE.] Vēdidi alicui fructum oliuæ meæ pendentis pro. x. pōdo olei quod natum eſſet. Dicitur quòd veriſimile eſt ita conſtitutum pretium eſſe, vt ſi. x. colligeret, ſiue. x. naſcerentur, x. præſtarentur. ſi tantùm. v. præſtarentur. v. quæ collecta eſſent. & hoc à quibuſdā reſpōſum eſt.

* an. quod natum eſſet, pretium: cōſtituiſſe &c. Taur. in annot. perperā Duaren⁹ interpretatur, ſtipulatus eſſet i. promiſiſſet.

m *Non tenetur*. ad pretium.

n *Omnia*. tam in actione reali, quàm in actione perſonali: vt hîc, & ſupra de pig. ac. l. debitor. Sed contra ſupra man. l. ſi mandauero. §. ſi hi. Solu. ibi alium ſuppoſuit: non ipſe debitor emit. Accurſius.

o *Creditori*. aliàs venditori.

CVm in venditione.] CASVS. Si aliquis venditor apponat pretium in venditione cauſa donationis: non uidetur vendere. Viuianus.

f *Non exacturus*. ſecus ſi poneret, exacturus, & poſtea remitteret: vt infra loca. l. ſi tibi habitationem. quæ eſt contra. Item hîc quando vtraque pars in hoc conſenſit. Sed quid ſi venditor. tantùm hoc gerebat in animo, ne exigeretur pretium? Reſpon. vterque alteri obligatur. licèt enim tibi propoſui donare, non tamen donaui.

g *Non videtur vendere*. vt ex empto vel vendito agatur: vt infra loca. & condu. l. ſicut emptio, & ſupra pro ſocio. l. v. in fi. ſed tamen eſt donatio: vt. C. eo. l. empti. Accur.

SI quis.] CASVS. Vendidi tibi fundum, qui hereditario iure mihi deferebatur: & ita dixi: Vendo tibi fundum talem quanti emptus fuit à teſtatore. apparet poſtea quòd teſtator non emit, ſed ſibi donatus fuit. quaſi ſine pretio venditio eſt: & ita nulla quaſi ſub conditione facta, deficiente conditione.

h *Similis*. non eſt verè conditio: cùm in præteritum confera-

p *Et ſtipulatus eſſet*. id eſt promiſiſſet, ſiue conueniſſet. ſic. ſ. de condic. inde. ſi non ſortem. §. ſi decem. Vel dic, ſtipulatus eſſet ſcilicet pretium. x. pondo, &c. vt hîc ſint caſus genitiui. & hoc ſi nō eſt pro. aliàs planum.

q *Decem*. ſcilicet pretium.

r *Pretium*. nunc reſpondet. Accurſius.

ſ *Ex eo quod natum*. quia hæc verba, quod natum erit, cauſam taxationis obtinent: vt. j. de tri. vi. & oleo lega. l. v. Azo.

t *A pleriſque*. ſubaudi, etiam. Accurſius.

u *Reſponſum eſt*. ſed & pretium plus quàm pro. v. non ſoluetur: & ſi ſoluerit, per condic. ſine cauſa repetitur. Accurſius.

QVi fundum.] CASVS. Vendidi Titio fundum: & dixi. c. iugera eſſe: & in pacto ita conuenit, vt emptor intra. xxx. dies menſuraret fundum: & niſi menſuraret intra tempus ſtatutum, fides venditionis ſolueretur, id eſt vt venditor vlterius de pretio refundendo non teneretur. nec emptor menſurauit: ſed dixit quanto minorem eſſe credebat intra diem menſurationis præfixum: & pretium accepit: poſtea vēdidit, & inuenit longe in minori eſſe quàm dixerat. quæritur, an hoc recuperet à primo

à primo venditore? Diſting. ſi fuit actum vt intra.xxx.dies proximos renuntiaret: quod poſtea renuntiauit, ſibi non proficit. ſinautẽ actum fuerit quòd metiretur intra.xxx. proximos, & renuntiaret quandocunque: in eo caſu recuperat ſi poſt multos annos renuntiauit. [IN LEGE.] Vendidi tibi fundum: & in pacto dixi aquam acceſſuram. quæritur, an iter ad aquam tradere debeam? Dicitur quòd ſic: quia id actũ videt̃. [QVI AGRVM.] Vendidi agrum, & dixi eſſe.xviij. iugerum: & conuenit vt certũ pretiũ ſolueretur ꝑ quolibet iugere ſuper hoc inuento per menſurationem. Dicitur quòd ſi. xx. iugera inueniantur, pro. xx. pretiũ ſoluatur. [FVNDI.] Vendidi fundum, & excepi frumenta manu ſata. quęrit̃, an videatur exceptũ frumentum natum ex ſtipula? Dicitur quòd cõſiderandũ eſt quid actum ſit: quia ex verbis nõ ſunt illa exẽpta: ſicut neque illa quæ ex ſacco ſaccarij, vel aliàs ex ore auibus cecidiſſent. [CVM FVNDVM.] Si vendo fundum, & excipio frumentũ vel fructum omnem, videor excipere arũdinem, & ſyluam cæduã, quæ loco fructuum ſunt. [DOLIA.] Ego procurator vẽdidi fundũ: dixi acceſſura dolia domini quæ ibi erant empta de peculio: an autẽ accedant? Dicitur quòd ſic. [ROTA.] Si ædificia ſint vendita: accedit rota per quã aqua trahitur: quia ædificij eſt ſicut ſitula. Viuia.

* i. ſpatio Paul. lib. 2. ſent. tit. 18.

† Quid ſit renuntiare, pulchrè Bud. hic, & in hãc legem pluri-ma. tu illum videto.

* In archetipo pro modus, perperã erat ſcriptũ, domus. Ant. Aug. lib. 4. c. 2.

† Vide Aug. lib 4. c. 17 vbi ait negationem temere ab Haloandro additam.

a *Soluta eſſet.* id eſt vt nõ teneatur emptori.

b *Accepit.* id eſt recepit à venditore: quia minorem modum inuenerat. Accur.

c *Vendidit.* ſcilicet emptor.

d *Quàm putauerat.* ſcilicet in prima menſuratione.

e *Triginta proximis.* hîc diſtinguitur: ſed quãquam obſcurè ponatur hîc diſtinctio, poteſt ſic clarè dici vt dicas: an dixit, ĩtra.xxx. dies renũtia quanto ſit minor: an quòd ſit minor, vt ex litera obſcurè colligitur. Vel dic ſecundum Ioann. an dixerit vt metiretur & renuntiaret intra. xxx. dies: an dixerit vt metiretur intra.xxx.dies: & renuntiaret ſcilicet quandocunque. & ſic non fit repetitio.xxx.dierum. Et ſic eſt argu. contra inſti. ad leg. Aquil. §. hoc tamen capite. Item not. quòd hæ interpretationes habent locum cùm non apparet quid actum eſt: vt. j. de actio. emp. l. ij. Item quando vẽditor fuit ignorans modum. aliàs perpetuo tenetur: vt. j. de act. emp. l. emptorem. §. Iulianus. Mẽſor autem ſi dolo fecit protractionem iſtam, tenetur de dolo: vt ſupra ſi men. fal. mo. di. l. ſi menſor. in prin. Accur.

ptor in diebus triginta proximis fundum metiretur, & de modo* renuntiaret: † & ſi antè eam diem non renuntiaſſet, vt venditoris fides ſoluta eſſet.[a] Emptor intra diem menſuræ, quo minorem modum eſſe credidit, renuntiauit: & pecuniam pro eo accepit.[b] poſtea eum fundum vendidit:[c] & cùm ipſe emptori ſuo admetiretur, multo minorem modum agri, quàm putauerat,[d] inuenit. Quærebat, an id quod minoris eſſet, conſequi à ſuo venditore poſſet. Reſpondit, intereſſe quemadmodum lex diceretur. Nam ſi ita dictum eſſet, vt emptor diebus triginta proximis[e] fundum metiatur, & domino renuntiet quanto modus* agri minor ſit: quo poſt diem trigeſimum renuntiaſſet, nihil ei profuturum. Sed ſi ita pactum eſſet, vt emptor in diebus proximis[f] fundum metiatur, & de modo agri renuntiet:[g] † etſi in diebus triginta renuntiaſſet minorem modum agri eſſe:[h] quãuis multis poſt annis poſſe eum, quo minor is modus agri fuiſſet, repetere,

Vnum acceſſorium trahit ad ſe aliud acceſſorium. Bal.

In lege fundi aquam acceſſuram dixit.[i] quærebatur, an etiam iter aquæ acceſſiſſet. Reſpõdit, ſibi videri id actum eſſe: & ideò iter quoque venditorem tradere oportere.[k]

Cùm fundus venditur ad menſuram, ſi plus fuerit inuentum quàm fuerit dictum, pro toto debetur pretium. Baldus.

Qui agrum vendebat, dixit fundi iugera decem & octo eſſe: & quod eius[l] admenſum erit, ad ſingula iugera certum pretium ſtipulatus erat.[m] viginti inuenta ſunt. Pro viginti deberi pecuniam reſpondit. Fundi venditor frumenta manu ſata receperat.[n] in eo fundo ex ſtipula ſeges erat nata. quæſitum eſt. an pacto contineretur. Reſpondit, maximè referre quid actum eſſet. Cæterum ſecundum verba,* eſſe actum quod ex ſtipula[o] naſceretur, non magis quam ſi quid ex ſacco ſaccarij[p] cecidiſſet, aut ex eo quod auibus ex aëre[q] cecidiſſet, natum eſſet.

Appellatione fructus continentur etiam arundines. Bal.

Cum fundum quis vendiderat, & omnem fructum receperat: & arundinem cæduam & ſyluam[r] in fructu eſſe reſpondit. Dolia quæ in fundo domini eſſent, acceſſura dixit.[ſ] etiam ea[t] quæ ſeruus qui fundum coluerat, emiſſet: peculiaria emptori ceſſura reſpondit. Rota[u] quoque, per quam aqua traheretur, nihilo minus ædificij eſt, quàm ſitula.

Modus adiectus contractui, cõtractum non ſuſpendit: & actione ex eo contractu quis modum implere cogitur. ſecus in cõditione. Bartolus.

XLI. IVLIANVS *libro tertio ad Vrſeium Ferocem.*

CVm ab eo qui fundum alij obligatum habebat, quidam ſic emptum rogaſſet, vt eſſet is ſibi emptus ſi eum liberaſſet, dummodo ante Kalendas Iulias † liberaret: quæſitum eſt, an vtiliter agere poſſit ex empto in hoc, vt venditor eum liberaret. Reſpondit. Videamus quid inter ementem & vendentem actum ſit. Nam ſi id actum eſt, vt omnimodo intra Kalendas Iulias venditor fundum liberaret, ex empto erit actio, vt liberet. Nec ſub conditione[x] emptio facta intellegetur: veluti ſi hoc modo emptor interrogauerit, *Erit mihi fundus emptus, ita vt eum intra Kalendas Iulias liberes:* vel, *ita, vt eum intra Kalendas à Titio redimas.* Si verò ſub conditione facta emptio eſt, non poterit agi vt conditio im-

f *In diebus proximis.* ſcilicet triginta.

g *Renuntiet.* ſcilicet quandocumque. Accur.

h *Agri eſſe.* ſed non tantùm quanto minor erat.

i *Dixit.* ſcilicet venditor.

k *Oportere.* tanquã acceſſoriũ: vt. j. ea. l. in fin. & l. fiſtulas. j. rñ. & ſ. de relig. ſi vẽditor. & ſ. de ſerui. vrba. pręd. l. binas. & de ſeruitu. ruſtic. prædi. itẽ. §. qui habet. & . j. de act. emp. ſi venditor. §. fi.

* Hal. non eſſe.

l *Eius.* ſ. fundi, etiam ſi vltra dictã mẽſurant ſit: vt ſtatim innuit.

m *Erat.* ſ. venditor.

n *Receperat.* aliàs enim emptorẽ ſequerent̃: vt j. de act. emp. l. Iul. §. ſi fructibus. & C. de act. emp. l. fruct⁹. & . ſ. de vſufr. l. ſi pẽdentes. j. rñ.

o *Stipula.* quam vulgariter ſtopolã appellamus. ſ. quãdo inde ſectũ eſt frumẽtũ: vt j. de ver. ſig. ſylua. §. ſtipula.

p *Saccarij.* aſinarij ſũt, qui deferunt ſaccos.

q *Ex aëre. al. ore.* i. roſtris, de quo non fuit cogitatum, & ſic non intelligitur exceptum: vt. ſ. de tranſact. l. cum Aquiliana.

r *Syluam.* ſ. cæduam.

ſ *Dixit.* ſ. procurator domini mandato.

t *Ea.* ſcilicet dolia.

u *Rota.* vt in palatio dñi Accurſij: vbi rota eſt ꝑ quã trahit̃ aqua.

u *Rota.* facit. ſ. ead. l. §. in lege. & infra eod. l. ſi aquæductus.

CVm ab eo.] CASVS. Habebã librum meum obligatũ penes aliquem: vẽdidi eum Titio ſi luero librũ intra kalend. quæritur an poſſit Titius agere contra me act. ex empto vt librũ luã intra kalend. Diſtinguit quid actũ fuerit inter emptorem & venditorem. ſi enim actum fuerit quòd ego venditor omnino luerem, tunc bene poteſt me cõuenire. verbi gratia, ſi ita dictum fuerit ab emptore: erit mihi fundus empt⁹ ſi intra kalẽdas redimas. ĩ hoc caſu tenetur ex empto redimere venditor: neque intelligit̃ venditio ſub conditione contracta. Si verò ſub cõditione fuerit facta venditio: tunc non poteſt agi cum eo vt redimat. [MENSAM.] Vendidi coopertam menſam argento ei qui credebat eam ſolidam. Dicitur quòd non valet venditio: & pecunia data pro hoc, condicetur. Viuia.

† Intererat enim ei⁹ ante Kalendas illas liberari vt ſi vellet illas Inhabitare poſſet aut alij locare. Ant Aug. li 4. c 14. vbi ait kalendas Iulias fuiſſe ſolemnẽ diẽ migratione inquilinorũ ꝙ & Bituriges obſeruãt

x *Sub conditione.* vt ſit mihi emptus ſi eũ liberaueris. Nã cõditio per ſi, modus per vt, cauſa per quia, ponitur: vt hîc, & . j. de conditionibus & demõſt. falſa. §. fi. quandoque tamen vt, pro conditione ponitur: vt ar. infra de condit. & demon. l. à teſtatore. in fi. Et eſt ratio quòd non poteſt agi, quia conditio in poteſtatem. hoc eſt in voluntatem ſuam erat collata. aliàs ſi ex alterius fa-

ćto penderet:ſi ſtaret per iſtum,contra eſſe: vt.ỹ.eo.l. ſi mihi bibliothecam.quæ eſt contra.Accur.

a *Menſam*.æneam,vel ligneam.

b *Nulla eſt emptio*.imò contra: vt ſupra eod. quid tamen . Solu. nulla eſt quo ad æs:ſed quo ad aurum ſic.Vel diſtingue an poſſit ſeparari: & tunc valet etiam in auro vel argẽto:vt ibi.an non: & tunc non valet etiam in auro vel argento: vt hîc. Vel diſtingue qđ prçualet: vt ſi argentũ, valeat:ſi æs, nõ valeat. Vel dic ꝙ hîc ſpecialiter fuit actum vt in ſolidum eſſet argẽtea. Vel melius: nõ eſt emptio quantum ad rem: id eſt æs.dicitur tamen aliqua fauore emptoris, ne decipiatur: vt inſtitu.eo.§.ſi.Accur.

**D** *Omini*.] CASVS. Si dominus velit vendere ſeruum ſuum vt pugnet cum beſtiis: neq; poteſt per ſe, neque per procuratorẽ, etiam criminoſum ſeruum.

c *Saltem*. ponitur ibi pro etiam. Accur.

d *Vendere*.ſcilicet hoc pacto quod ſubiicit.& infra ad leg. Cornel. de ſica.l.circũcidere. §. ſeruo.Item facit inſtit. de his qui ſunt ſui vel alieni iur,§.fin.Accur.

**E** *A quæ*.] CASVS. Vẽdebam ſeruum commẽdabam eum de his quç palam apparebant: quia eum dicebam ſpecioſum,vel domum bene ædificatã. iſta talia quæ cõmendandi cauſa dicebam, cùm publica ſint, non obligant venditorem. aliàs ſi dicam ſeruum artificem, vel literatũ, cùm hæc palã nõ ſint, bene obligabor. Idem eſt in aliis quibuſdam pollicitationibus ſi ꝓmitto ſeruum ſanum, cũ monoculus ſit: non obligabor: cũ emptor apertè videat quòd monoculus eſt.vnde cùm de ſanitate ſtipuletur, videtur de cæteris partibus ſerui ſtipulatus:nõ de illa de qua ſeipſum decipit. [DOLVM.] Venditor debet hoc præſtare quòd dolus à ſe abfuerit in venditione:vnde generaliter de dolo tenetur commiſſo in cõtractu:ſiue fallendi cauſa,cùm obſcurè loquitur, ſiue inſidioſè obſcuritatem diſſimulat.Viuianus.

e *Non ignorauerit*. vel ſcire potuerit. & dicas plenè vt ſupra de dolo.l.quod venditor.Accur.

f *De ſanitate ſtipuletur*.generaliter. Sed ſi nominatim ſtipulatus eſt eum videre, quamuis ſciebat eum non videre, tenebitur venditor: quia hoc conuenit: ſicut is qui ſciens emit fugitiuum, & ſtipulatur non eſſe fugitiuum: vt infra de except. do. apud Celſum.§.item Labeo ſcribit,ſi quis fugi. quæ eſt contra. Vel dic quòd ibi pretium fuit ſtipulatus,hîc non:ſed tantùm de ſanitate.Accur.

g *Fallendi*.vt ſi dicat equum non aſcendere arborem : vt ſic nõ teneatur ideò quia non aſcendit pontem. Vel ſi dicat emptor, non eſt ſeruus artifex, & venditor ſtatim ſubiiciat: ego promitto.Accurſius.

h *Diſſimulat*. ſcilicet tacendo, vel in aliis verbis ſe intromittendo:vt.ỹ. de act.emp.l.j.§.j.Accur.

pleatur.Menſam [a] argento coopertam mihi ignoranti pro ſolida vendidiſti imprudens . nulla eſt emptio: [b] pecuniáque eo nomine data condicetur.

XLII. MARCIANVS *libro primo Inſtitutionum.*

**D**Omini neque per ſe, neque per procuratores ſuos poſſunt ſaltem [c] criminoſos ſeruos vẽdere [d] vt cum beſtiis pugnarẽt. & ita diui fratres reſcripſerunt.

Cõmendatio generalis nõ obligat cõmendantẽ:& promiſſio generalis non refertur ad id quod emptor ſciebat.Bar.& Bald.

XLIII. FLORENTINVS *libro octauo Inſtitutionum.*

**E**A quæ commendandi cauſa in venditionibus dicuntur, ſi palam appareant,vẽditorem non obligant, veluti ſi dicat ſeruum ſpecioſum,domum bene ædificatam. At ſi dixerit hominem literatum, vel artificem: præſtare debet. Nam hoc ipſo pluris vendit. Quædam etiam pollicitationes venditorem non obligant, ſi ita in promptu res ſit, vt eam emptor non ignorauerit: [e] veluti ſi quis hominem luminibus effoſſis emat, & de ſanitate ſtipuletur. [f] Nam de cætera parte corporis potius ſtipulatus videtur, quàm de eo in quo ſe ipſe decipiebat. Dolum malum à ſe abeſſe præſtare venditor debet: qui non tantùm in eo eſt, qui fallendi [g] cauſa obſcurè loquitur: ſed etiam qui inſidioſè obſcurè diſſimulat. [h]

XLIIII. MÆCIANVS *libro tertio Regularum.*

A

**S** *I duos*.] CASVS. Vendidi Titio duos ſeruos vno pretio, ſcilicet pro ſdecem. ſi vnus moriatur: an in ſuperſtite remaneat venditio quæritur.Et dicitur quòd non.Viuianus.

i *Emerit*.putans vtrumque viuere,cùm vnus tantùm viueret.

**S**I duos quis ſeruos emerit [i] pariter vno pretio, quorum alter antè venditionem [*] mortuus eſt: neque in viuo conſtat emptio. [k]

XLV. IDEM *libro quarto Regularum.*

B **L**Abeo libro poſteriorum ſcribit, ſi veſtimenta interpola quis pro nouis emerit, Trebatio placere, ita emptori præſtandum quod intereſt, [l] ſi ignorans interpola emerit. quam ſententiam & Pomponius probat: in qua & Iulianus eſt,qui ait,ſi quidem ignorabat venditor, ipſius rei nomine teneri. [m] ſi ſciebat, etiam damni quod ex eo contingit: [n] quemadmodum ſi vas aurichalcum pro auro vendidiſſet ignorans, tenetur vt aurum quod vendidit [o] præſtet.

C

Officialis in loco vbi adminiſtrationem gerit, contractus per ſe vel per alium facere nõ poteſt. Baldus.

XLVI. IDEM *libro ſingulari de Delatoribus.*

**N**On licet ex officio [p] quod adminiſtrat quis, emere quid vel per ſe, vel per aliam perſonam: [q] alioquin non tantùm rem amittit, ſed & in quadruplum [r] conuenitur, ſecundum conſtitutionem Seueri & Antonini.& hoc ad procuratorem quoque Cæſaris pertinet. Sed hoc ita ſe habet, niſi ſpecialiter quibuſdam hoc cõceſſum [*] eſt. [ſ]

D

Iura realia accedunt rei ſine aliqua expreſſione.Baldus.

XLVII. VLPIANVS *libro viceſimonono ad Sabinum.*

k *Conſtat emptio*. fortè quia non eſſet empturus niſi vtrumque ſimul: argu. infra de in diem addic. quòd ſi vno.§.Celſus.& inſtitu. ad leg.Aquil.§.his autem verbis. Alioquin cõtra:vt.ỹ.eo.l. domũ. Item contra ſupra eo. quid tamẽ. Sol.hîc nõ errauerunt:licèt crediderunt eum viuere:ſed ſupra ſic.Accur. [*] traditionẽ.

**L** *Abeo*.] CASVS. Vẽdidi veſtimenta mea antiqua ꝓ nouis: emptor qui putabat eſſe noua,agere poteſt contra me, quamuis ego ignorem vetera. Addit,ſi aurichalcũ pro auro venderem: quòd etiam ignorans teneor vt aurum quod vendidi tradam.Vi.

l *Intereſt*.ſcilicet cum melior ſit noua veſtis: ſicut & nouum mancipium: vt infra de ædil. edict.l.prçcipiunt. Accurſius.

m *Teneri*. ſcilicet actione ex empto, quãto minoris eſſet emptu rus ſi ſciuiſſet: vt infra de act.emp.l.Iulianus. in prin.Accur.

n *Cõtigit*. vt quia fortè vendidit alij: & emptori promiſit pœnã ſi eã inueniret interpolatã:vt.ỹ.de act.emp.l. Iulianus. circa prin.

o *Quod vendidit*. id eſt, quia putabat vendere, ac ſi ſciſſet tunc omne damnũ: vt.ſ̃.ꝑxi. & actione de dolo: nõ ex empto ſecundũ M. cùm nulla ſit venditio.Accur. [*] Flo. conſenſum.

**N** *On licet*.] CASVS. Tutor & curator & procurator vel quicũque alius nõ poſſunt emere ex officio quod adminiſtrant aliquid,neq; per ſe,neq; per interpoſitã perſonã:& ſi fecerint, rem emptã amittẽt:&quadruplũ prçſtabũt:quod eſt &in ꝓcuratore Cæſaris.hoc tamẽ ſpecialiter quibuſdã certis pſonis cõcedit.Vi.

E p *Non licet ex officio*. vt ab eo cuius gerit officium publicum vel priuatum:vel etiam ab eo qui de ſua iuriſdictione eſt: vt hîc, & C.de cõtrac.iudi.l.j. &.ſ̃.ſi cer.pet.l. principalibus. Sed contra C.eo.cũ ipſe.Sol.vt dixi.ſ̃.eo.ſi in emptione.§.fina. Item contra infra de admi.tu.l.quotiens.§.nõ tantũ. Sed ibi in pecunia mutua ſpeciale vt tutor ſibi poſſit ſoluere,& mutuum ſumere.

q *Perſonam*. C. quod metus cau.ſi per impreſſionem. ſic & in auth.de alie.& emp.§.œconomos.colla.ix.

r *In quadruplum*. quod fortè fiſco applicatur: vt infra de iure fiſc.l.auſertur.§.quod à præſide.

ſ *Conceſſum eſt*.à lege:vt in caſu qui eſt infra eo.titu.l.qui officij. Vel à principe in priuilegiũ.hoc tamen videtur reprobari. C. de contrac.iudi.l.j.

**S** *I aquæductus*.] CASVS. Si ductus aquæ cõpetat domui meæ, & eã vendã:illud ius trãſit ad emptorẽ, etiã ſi nihil dictũ ſit: ſicut & fiſtulæ p quas trãſeũt,licèt extra ædes ſint.ſed & ſi duct° aquæ

aquæ non tranſeat, quia ſit tẽpore amiſſus, tamen fiſtulę & canales ad emptorem pertineant. & hoc dicit cum duabus. ll. ſeq. Vi.

a *Prædio*. vrbano fortè. Accurſius.

b *Dictum ſit*. vt infra de euic. l. penult.

c L *Icèt extra*. Hic ergo nota quòd ratione acceſſionis aliquid debetur: vt infra eo. l. fiſtulas. & infra de leg. iij. vxorem. §. legauerat. & l. cui. & l. prędiis. §. penult. & §. fi. & C. de dona. ante nup. l. ſi conſtante. §. pactũ. & ĩ. de act. emp. l. ſi vẽditor. §. fina. & dixi. s̃. eo. qui fundum. §. j.

d *Quod*. i. quia. Accur.

L *Abeo*. ] CASVS. Vendidi alicui bibliothecam ſi decuriones Campani locum vendidiſſent illi. ſi per eum ſtetit quòd ipſe non impetrauit à Campanis quòd locum vẽderent: an ex vendito agere poſſim vt ſoluat pretium? Dixerũt quidam quòd præſcriptis verbis actio locum habet. dicit iuriſcõ. quòd rectè habet locũ actio ex vendito: cùm videatur eſſe completa conditio, cùm per emptorem ſtetit quòd non cõpleretur. Viuia.

e *Bibliothecam*. id eſt vas quoddam: vel armariũ in quo libri reponuntur: vt. ĩ. de leg. iij. librorum. §. ſed & ſi bibliothecã. & habet tres ſignificationes: vt ibi.

f *Vendidiſſent*. id eſt parati eſſent vel voluerũt vẽdere. ſic infra de verbo. obliga. ſi ſtipulatus ſim. & ſic non eſt contra ſupra eo. l. cùm ab eo. Accurſius.

g *Verbis agi*. cõtra me, vt impleatur venditio: non inſpecto quaſi nõ ſit impleta conditio: quia pro impleta habetur, vt ſubiicit: vt. s̃. de cõtrahenda emptio. l. hæc venditio. &. ĩ. de verb. oblig. l. in executione. §. fin. & infra de condit. & demonſtra. l. iure ciuili. Accur.

S I aquæductus debeatur prædio, [a] & ius aquæ tranſit ad emptorem, etiam ſi nihil dictum ſit; [b] ſicut & ipſæ fiſtulæ per quas aqua ducitur,

XLVIII. PAVLVS *libro quinto ad Sabinum.*

L Icèt extra [c] ædes ſint.

XLIX. VLPIANVS *libro vicenſimonono ad Sabinum.*

E T quanquam ius aquæ non ſequatur, quod [d] amiſſum eſt: attamen fiſtulæ & canales dum ſibi ſequuntur, quaſi pars ędium ad emptorem perueniunt. & ita Pomponius libro decimo putat.

Conditio habetur pro impleta quantum ad illum contrahentem per quem ſtát. hoc dicit. Bartolus.

L. IDEM *libro vndecimò ad Edictum.*

L Abeo ſcribit, ſi mihi bibliothecam [e] ita vendideris, ſi decuriones Campani locum mihi vendidiſſent, [f] in quo eam ponerem: & per me ſtet quo minus id à Campanis impetrem: non eſſe dubitandum, quin præſcriptis verbis agi [g] poſſit. Ego etiam ex vendito agi poſſe puto, quaſi impleta conditione, cùm per emptorem ſtet quò minus impleatur.

Circunſtantiæ agri quæ nõ ſunt iuris priuati, nec cedunt emptori: non computãtur in modum agri. hoc dicit. Iac. But.

LI. PAVLVS *libro vicenſimoprimo ad Edictum.*

L Itora [h] quæ fundo vendito coniuncta ſunt, in modum [i] non computantur: quia nullius ſunt, ſed iure gentium omnibus vacant: nec viæ publicæ, aut loca religioſa, vel ſacra. Itaque vt proficiant venditori, caueri ſolet, vt viæ, item litora, & loca publica [k] in modum cedant.

L *Itora*. ] CASVS. Si fundus vendatur, & litora vel viæ publicæ vel loca ſacra circunſtent: illa, cùm nullius ſint, venditioni nõ accedunt: niſi conueniat ab initio, quo caſu à venditore præſtanda eſt cautio. Viuianus.

h *Litora*. quæ ſi ſint maris, communia ſunt: ſi fluminis, tunc publica: vt inſtitu. de re. diui. §. & quidem. Accurſius.

i *In modum*. qui eſt præſtandus à venditore. Accur.

k *Publica*. ſcilicet alia: aliàs autem non cedunt: vt hîc, & infra de pericu. & commo. rei ven. l. id quod. §. j. Accur.

S *Enatus*. ] CASVS. Si domum ſuam diſtrahat particulatim quis, vt ſic plus conſequatur, cũ hoc à ſenatu prohibeatur: emptor duplum præſtabit fiſco. ſi tamen pretium ſoluit, repetet à venditore: quia in perſona ſua in irritum recidet venditio: neque refert vendidit quis domum propriam, an alienam. Viuianus.

l *Senatus cenſuit*. Auiola & Paulo conſulibus: vt infra de leg. j.

ff. Vetus.

cætera. §. fin. Accurſius.

m *Adquireretur*. ex negotiatione. aliàs. i. ſi vt ponat in aliam domũ, licèt: vt. C. de ædi. priua. l. ij. Quandoq; non licet, etiã ſi non fiat cauſa negotiationis: vt ſi legauerit quis marmora quę tũc ſũt iuncta, vel quę poſtea ab herede iniungũtur: vt. ĩ. de leg. j. cætera. §. j. & l. ſenatus. j. reſp. Econtra quãdoque licet: vt. ĩ. de dona. inter virũ & vxo. l. Marcellus. &. ĩ. de leg. j. ſenatus. §. j. Itẽ ad opus publicum: vt. ĩ. de damno infec. l. fin. in fi. Accur.

n *Duplum*. imò videtur quòd in ſimplũ emptor, & in ſimplũ venditor puniatur: vt. ĩ. de dam. infe. l. fi. j. rñ. quæ eſt cõtra. Sol. imò concordat ſi bene intelligatur. Nam ſi emptor pretium nõ ſoluit adhuc, & habet rẽ tenetur in duplũ: vt hîc. Et ratione vniꝰ ſimpli eſt pœna venditoris, cùm irrita ſit quò ad eũ venditio: vt hîc ſubiicit. Si autem non habet rem, nec pretium ſoluit, tũc quilibet in ſimplũ: vt ibi. Si autẽ & pretium ſoluiſſet, & rem nõ haberet: tunc vẽditori in duplum: & erit pœna emptoris ratione vniꝰ ſimpli. Alij dicũt quòd ibi vterque ſciebat illicitum contractum: hîc emptor ſolus. Accur.

o *Repetes à me*. ſ. pretium quod dediſti.

p *Quòd*. id eſt quia.

V *T res*. ] CASVS. Si vẽdo alicui rem, & trado ad hoc quòd fiat res emptoris, requiritur quod pretium ſolutum ſit, vel fideiuſſor datus pro pretio: vel largiùs quocũq; modo ſit facta fides de pretio venditori, vt quia expromiſſorẽ habet, vel pignus. Viuianus..

q *Expromiſſore*. interueniente animo nouãdi.

r *Dato*. ſupple vt proinde, &c. & facit. s̃. eo. quod vendidi. & inſtit. de re. di. §. vẽditæ. Acc.

R *Es*. ] CASVS. Si res bona fide vendatur, & deceptus fuerit emptor: propter minimam cauſam venditio facta non reſcinditur. Viuianus.

ſ *Non debet*. veluti ſi ita vendita ſit, vt niſi die ſtatuta fuerit ſoluta tota pecunia, res ſit inempta nam licèt vnus nummus deſit ad ſoluendum, non ſit inempta. ſed hæc poſitio reprobatur: vt. ĩ. de condit. & demonſt. l. cum fundus. &. ĩ. eo. fiſtulas. §. qui fundũ. & & de diſtract. pig. l. quandiu. &. ĩ. de ſolutio. l. etiam circa. &. ĩ. de vſur. l. tutor. §. Lucius. Dic. ergo caſum vt ſi eſt deceptus alter cõtrahẽtium intra dimidiam iuſti pretij: ſi autem vltra, reſcinditur: vt. C. de reſcinden. vendi. l. ij. & l. ſi voluntate. Accurſius.

N *Vda*. ] CASVS. Si fingam vendere, cùm non vendam: talis dicitur nuda venditio & imaginaria: vnde nõ valet, & pro non facta habetur: neque intelligitur res ex tali venditione alienata. Viuianus.

t *Nuda*. quia fingit vendere, cùm non vendat: nec tamen agit vt

Quis non poteſt vendere ædificia domorum cauſa diſcooperiẽdi, vel demoliendi. Baldùs.

LII. IDEM *libro quinquagenſimoquarto ad Edictum.*

S Enatus [l] cenſuit, ne quis domum villámve dirueret, quò plus ſibi adquireretur, [m] néve quis negotiandi cauſa eorũ quid emeret, venderétve, pœna in eum qui aduerſus ſenatuſconſultum feciſſet, conſtituta: vt duplum [n] eius quanti emiſſet, in ærarium inferre cogeretur: in eum verò qui vendidiſſet, vt irrita fieret venditio. Planè ſi mihi pretium ſolueris, cùm tu duplum ærario debeas, repetes à me: [o] quòd [p] à mea parte irrita facta eſt venditio. Nec ſolùm huic ſenatuſconſulto locus erit, ſi quis ſuam villam vel domum, ſed & ſi alienam vendiderit.

Ad hoc vt dominium tranſeat in emptorem, paria ſunt pretium eſſe ſolutum, vel fideiuſſorem datum, vel eſſe aliter ſatisfactum. Baldus.

LIII. GAIVS *libro vicenſimooctauo ad Edictum Prouinciale.*

V T res emptoris fiat, nihil intereſt vtrum ſolutum ſit pretium, an eo nomine fideiuſſor datus ſit. Quod autem de fideiuſſore diximus, pleniùs acceptum eſt, qualibet ratione ſi venditori de pretio ſatisfactũ eſt: veluti expromiſſore [q] aut pignore dato [r] proinde ſit, ac ſi pretium ſolutum eſſet.

LIIII. PAVLVS *libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.*

R Es† bona fide vendita, propter minimã cauſam inempta fieri non debet. [ſ]

† In hunc locum Alex. ab Alex. lib. 6. Gene. dierum. ca. 1.

LV. IDEM *libro ſecundo ad Edictum Aedilium Curulium.*

N Vda [t] & imaginaria venditio pro non facta eſt: &

valeat tanquã donatio: quia tunc fieret alienatio ex cauſa donationis: vt. C. eo. l. empti fides. & facit. j. eo. l. cũ manu. in fi. l. & . j. de manumiſſ. l. iiij. §. ſi ab ignoto. & . C. eo. ſi donationis. Accur.

SI quis.] CASVS. Vendidi ancillam eo pacto ne proſtituatur: & ſi proſtitueretur, quòd liceret mihi abducere. ille cui vendidi, vendidit emptori ſecundo: ſecundus vendidit tertio: & ita per plures venditores tranſiuit. ſi ab aliquo eorũ proſtituta fuerit ancilla: an mihi priori venditori liceat abducere eam, & de quolibet? Dicit quòd ſic. Viuianus.

Ex tit. de liberali cauſa.

a *Poteſtas fit*. vt. C. ſi man. ita fu. ali. l. j. in fi. & . j. de ſer. expor. l. Titius. & fit venditor dominus nõ ex pacto, ſed rei apprehenſione. ſic & ſupra de vſufr. ſi fur. & . l. ſi pendentes. §. fin. Accurſius.

DOmum.] CASVS. Si res non ſit pręſens quæ diſtrahitur, puta domus: & cõbuſta ſit: aut vterque tam emptor quàm vẽditor ignorant, aut econuerſo. Primo caſu aut tota combuſta eſt, aut pars. Secundo caſu, aut maior dimidia: & non cõpellitur emptor implere venditionẽ. Si verò minor pars combuſta ſit, compellitur venditionẽ implere: ſed minor ſit æſtimatio pretio definiẽdo arbitrio boni viri: vt decreſcat pretium iuxta deteriorationem. Si verò venditor ſciebat, emptor ignorabat: ſi tota domus comburitur, nulla eſt venditio. Si verò pars: non refert an maior, an minor: quia ad intereſſe vẽditor tenebitur. Si emptor ſcit, vẽditor ignoret: ſolidũ pretium ſoluit. Si vterque ſit in dolo: dolus cum dolo compẽſabitur. Viuianus.

* Vulg. in hac quęſtione.
† Vulg. conſumptę.

b *Nihil*. cũ ſine re quę veneat, non poſſit eſſe venditio: vt. s. eo. l. nec emptio. j. de here. ven. l. cùm hereditatem.

c *Quanta pars domus*. id eſt ædificij. aliàs ſtrictè accepto vocabulo, cum remaneat maxima pars, ſemper dicet remanere: vt infra de ſol. qui res. §. aream. in fi. & ſic non eſſet locus huic diſtinctioni.

d *Amplior pars domus*. id eſt ædificij: vt dictum eſt.

e *Adimplere*. contra. s. eo. ſi duos. Sol. vt ibi.

f *Nullam venditionem*. imò contra: vt ſupra eo. ſi in emptione. §. item ſi. Solu. ibi res ſubſiſtebat, licèt vitioſa: hîc verò error ſubſtantiæ magis impedit venditionem, quàm rei vitium.

g *Quantacumque pars*. etiam minor. nam in odium decipientis ſuperior diſtinctio locum non habet.

h *Quoque*. quando pars ſupereſt. Accurſius.

i *Et omne pretium*. etiam pro deſtructa parte: quia non videtur deceptus, &c. vt infra de ac. empt. l. j.

ideo nec alienatio eius rei intellegitur.

Pactum manus iniectionis proſequitur rem penes quemcunque poſſeſſorem. Bartolus.

LVI. IDEM *libro quinquageſimo ad Edictum.*

SI quis ſub hoc pacto vendiderit ancillam, ne proſtituatur: & ſi contra factum eſſet, vt liceret ei abducere: etſi per plures emptores mancipium cucurrerit, ei qui primò vendidit, abducendi poteſtas a fit.

Si res quæ venditur, non ſupereſt, non valet vẽditio: ſed ſi ſupereſt pro parte, valet: & per officiũ iudicis pretium minuitur: & intereſſe præſtabitur. Bartolus.

LVII. PAVLVS *libro quinto ad Plautium.*

DOmum emi, cum eam & ego & vẽditor combuſtam, ignoraremus. Nerua, Sabinus, Caſſius, nihil b veniſſe, quamuis area maneat, pecuniámque ſolutam condici poſſe aiunt. Sed ſi pars domus maneret: Neratius ait hanc quæſtionem * multùm intereſſe, quanta pars domus c incendio conſumpta † permaneat: vt ſi quidem amplior domus pars d exuſta eſt, non compellatur emptor perficere emptionem: ſed etiam quod fortè ſolutum ab eo eſt, repetet. Sin verò vel dimidia pars, vel minor quàm dimidia exuſta fuerit: tunc coartandus eſt emptor venditionem adimplere, e æſtimatione viri boni arbitratu habita: vt quod ex pretio propter incendium decreſcere fuerit inuentum, ab huius præſtatione liberetur. Sin autem venditor quidem ſciebat domum eſſe exuſtã, emptor autem ignorabat: nullam venditionem f ſtare, ſi tota domus antè venditionem exuſta ſit. Si verò quantacunque pars g ædificij remaneat: & ſtare venditionem, & venditorem emptori quod intereſt reſtituere. Simili quoque h modo ex diuerſo tractari oportet, vbi emptor quidem ſciebat, venditor autem ignorabat: Et hîc enim oportet & venditionem ſtare, & omne pretiũ i ab emptore venditori, ſi non depẽſum eſt, ſolui: vel ſi ſolutum ſit, non repeti. Quòd ſi vterque ſciebat & emptor & vẽditor domum eſſe exuſtam totam, vel ex parte: nihil actum k fuiſſe: dolo inter vtramque partem cõpenſando: l & iudicio, quod ex bona fide deſcendit, dolo ex vtraque parte veniente, [venditionem] ſtare non concedente.

LVIII. PAPINIANVS *libro decimo Quæſtionum.*

ARboribus quoque vẽto deiectis, vel abſumptis igne, dictum eſt emptionem fundi non videri eſſe contractam, m ſi contemplatione illarum arborum, veluti oliueti, fundus comparabatur: ſiue ſciente, ſiue ignorante venditore. Siue autem emptor ſciebat, vel ignorabat, vel vterq; eorum: hæc obtinent quæ in ſuperioribus caſibus pro ædibus dicta ſunt. n

LIX. CELSVS *libro octauo Digeſtorum.*

CVm venderes o fundum, nõ dixiſti: *ita vt optimus maximuſque* [*eſt.*] Verum eſt (quod Quinto Mucio placebat) nõ liberum, ſed qualis eſſet, fundũ præſtari oportere. Idem & in vrbanis prædiis dicendum eſt.

In generali ſermone eſt electio venditoris. Vel ſic: Quando certitudo eſt habenda per viam electionis: eſt electio debitoris. Baldus.

LX. MARCELLVS *libro ſexto Digeſtorum.*

COmprehẽſum erat lege venditionis, dolia ſexaginta emptori acceſſura. cùm eſſent centũ, in venditoris fore poteſtate reſpõſum eſt, quæ vellet dare. p

k *Nihil actum*. ſi in totum eſt deſtructa, non eſt hæſitatio: quia propter defectum ſubſtantiæ eſt nulla: vt ſupra eo. §. ſinautem. Sed vbi pro parte: cur non tenet in parte quæ ſupereſt? Reſpon. imò tenet. & quod dicit, nihil actum eſt, quantum ad partem deſtructam ſcilicet eſt intelligendũ. & ſic quod iuris eſt in toto quo ad totum, idem in parte quo ad partem: vt infra de vſur. qui ſcit.

l *Compẽſando*. vt ſupra de dolo. l. ſi duo. & . s. de eo per quem fac. eſt. l. fi. §. penult. Accur.

ARboribus.] CASVS. Si contemplatione arborum quæ in fundo erant, fundum emerim: & aliquo caſu cõſumptæ ſint, venditio nulla eſt. hæc ſunt vera ſiue ſciuerim, ſiue ignorauerim ego tantùm: ſiue vterque. Vi.

m *Cõtractam*. quia nihil ſupereſt de arboribus, quarum contemplatione fuit facta venditio: vel fortè hîc in emptoris erat arbitrio: vt. j. de pericu. & com. mo. l. ſi poſt. & . j. eo. in vendendo. §. j.

n *Dicta ſunt*. ſupra. l. proxi. Accur.

CVm venderes.] CASVS. Vendidi tibi fundum, & nõ dixi, eſt optimus, eſt maximus. licèt ſeruitutẽ alij debeat fundo: nihilo minus valet venditio. Vi.

o *Cum venderes*. quidam ſic de plano intelligunt: quia non dixi, vti optimus. ſic etiam ſeruũ tradere poſſum, cùm tranſeat cum ſua cauſa: vt infra de acquir. re. do. traditio. & infra eo. l. alienatio. Si autem dixiſſem: tũc liberũ debeo præſtare: non autem quòd ſibi ab aliis ſeruiatur: vt. j. de euic. l. pe. & infra de verbo. ſig. l. qui vti. Tu dic, quòd etiam ſi non dicatur, vti optimus: tamen liber debet præſtari: vt. j. de act. empt. in venditione. & . j. de euic. l. pe. not. quod ſi non fiat, quanto minoris erat empturus agit: vt infra de ædil. edic. l. quotiens. Quod hîc dicitur, cõuerte, non dixiſti, &c. id eſt dixiſti, vendo non vti optimus, &c. & ſic me exonero: vt ar. j. de ædil. edic. l. quæritur. §. ſi venditor.

COmprehenſum.] CASVS. Conueni vt. lx. dolia Titio venderem: & habebam. c. Dicitur quòd in electione mea eſt quæ lx. ex eis. c. ei præſtare velim. Viuianus.

p *Quæ vellet dare*. dũmodo integra det: vt infra de act. emp. l. pe. §. fina. Item ideò eſt in poteſtate debentis, quia in genere eſt debitũ: vt inſti. de lega. §. ſi generaliter. & de act. §. huic autem. Acc.

EXiſtimo.] CASVS. Si velim emere rem meam ſub conditione, ſi deſierit eſſe mea, quia fortè ſperabatur non mea fieri, bene poſſum.

Sub em-

a *Sub conditione*.ſic & ſti[...]atio valet ſuæ rei : vt infra de verbo. obliga.l.ſi rem meam.Acc.Coniunge.l.exiſtimo.de verbo. obli. A

Q*Vi officij*.] CASVS. Præſes prouinciæ in prouincia qua degit, aliquid emere non poteſt : niſi fortè ſibi vendantur prædia quæ fuerint patris ſui. [QVI NESCIENS.] Si ignorans emero rem ſacrã, vel religioſam, vel locum publicum pro priuato : agam ex empto contra venditorem, licèt venditio non valuit, & agam vt conſequar meum intereſſe. [RES.] Si rem vendideris vt periculo meo ſit: ſi dolum non cõmiſeris, res periculo meo occidit vel interit. Viuianus.

b *Non poteſt*. ne fortè ſtudio culturæ militiã dimittant : vt. C. loca. l. milites. niſi in caſu qui ſubauditur, quando à fiſco diſtrahũtur, vel etiam ab alio. Item ſi finita eſt militia : vt hîc, & infra de re mili. l.milites. Item nec nauem fabricare : nec fabricatam emere: vt infra de iur.fiſc.aufertur. §.quod à præſide.& facit ſupra eo. l. nõ licèt. Accurſius.

c *Non teneat*. quod ad rem. Accurſius.

d *Ex empto*.imò videtur quòd actione in factum : vt ſupra de relig.l.oſſa.§.j.quę eſt cõtra.Solue vt ibi.Accurſius.

e *Interfuit*.vt inſti. eo. §.finali.

f *Res in auerſione*.id eſt vt omnem aduerſum caſum ſuſcipiat emptor. ſic & infra de pericu.& commo.rei vẽdi.l.ſi quis vina.§.j.

g *Aßignata*. id eſt iã tradita.

C*Vm ſeruo*.] CASVS planus eſt. [DEMONSTRATIONE.] Si fundum quem tibi vendidi, demonſtrauero: an vicinos tibi nominare tenear? Et reſpon. quòd non, niſi hoc conueniſſet. Viuianus.

Haloander malè diſpunxerat. Aug. lib. 1. c. 3.

h *Iuſſerit*.alij non venditurus : vt argu. ſupra de dolo. & elegãter. §. j. ibi, aut nulla, &c. & ĩ. de iniur. l. eum qui. §. fi.aliàs cuilibet vendere poſſet:licèt vnum nominaſſet dominus:vt arg.infra de ope. no.nun.l.j.§.inde quæritur.& facit ad hanc.l.ſupra manda.l.diligenter. Accurſius.

i *Demonſtratione*.id eſt non tenetur venditor nominare conuicinos:vt hîc:ſed terminos ſic:vt infra de act. empt. l. Titius heres. in quibus ſi erretur,non nocet:vt in legatis : vt & infra de leg.iij. patronus.§.j.&.ij.

k *Nominentur*.id eſt ſi promittatur quòd nominabuntur:aliàs licèt vnum nominet,alios nominare non tenetur:vt arg.C. de excu.tu.l.voluntaria.Item & in alio caſu tenetur dicere,quando habet malos:vt ſupra eod.l.quod ſæpe.§.fin.

LXI. IDEM *libro vicenſimo Digeſtorum*.

EXiſtimo poſſe me id quod meum eſt, ſub conditione [a] emere: quia fortè ſperatur meum eſſe deſinere.

Officialis non poteſt emere rem in loco in quo officium gerit, niſi in caſu: & emens rem ſacram vel religioſam ignorãter, habet actionem contra venditorem ad intereſſe. Baldus.

LXII. MODESTINVS *libro quinto Regularum*.

QVi officij cauſa in prouincia agit vel militat, prædia comparare in eadem prouincia non poteſt, [b] præterquam ſi paterna eius à fiſco diſtrahantur. Qui neſciens loca ſacra vel religioſa vel publica pro priuatis comparauit, licèt emptio non teneat, [c] ex empto [d] tamen aduerſus venditorem experietur, vt conſequatur quod interfuit [e] eius ne deciperetur.

Appellatione periculi continentur etiam caſus fortuiti: nimirum hoc, quia veniebant etiam natura contractus. Baldus.

Res in aduerſione [f] empta, ſi non dolo venditoris factum ſit: ad periculũ emptoris pertinebit, etiam ſi res adſignata [g] non ſit.

Limitata diſpoſitio limitatum producit effectum. hoc dicit. vel ſic: Mãdatum collatum in certam perſonam, non poteſt in aliam exerceri. Baldus.

LXIII. IAVOLENVS *libro ſeptimo ad Caßio*.

CVm ſeruo dominus rem vendere certæ perſonę iuſſerit, [h] ſi alij vendidiſſet quàm cui iuſſus erat, venditio non valet. Idem iuris in libera perſona eſt, cùm perfici venditio non potuit in eius perſona, cui dominus venire eam noluit. Demonſtratione [i] fundi facta, fines nominari ſuperuacuum eſt. Si nominentur, [k] etiam ipſum venditorẽ nominari oportet, ſi fortè alium agrum confinẽ poſſidet. [l]



l *Poßidet*.quia ipſe venditor vicinus eſt, & fortè malus. Acc.

A F*Vndus*.] CASVS. Si me præſente Titio abſente dixi ſic: vendas mihi & Titio fundum ſuperuacua eſt habenda perſona Titij: & in mea perſona ſolùm conſtat emptio. Viuianus.

m *Pertinere*.aliter in ſtipulatione: vt. ĩ. de verb.oblig.l.ſi mihi.& inſti.de inut.ſtipu. §. ſi quis.&.s̃.de conſti.pecu. l. eum qui. §. item. quæ ſunt contra. Solu. ideo aliud, quia in venditione vẽditor grauaretur, niſi totum vẽderet, & totum pretium haberet : quod grauamen nõ poteſt dici ꝙ habeat ꝓmiſſor: vt arg. ĩ. de act.empt.l. Iulianus.§.idem Celſus. Itẽ propter cõmunionẽ, in quam inuitus caderet venditor.

C*Onuenit*.] CASVS. Inter me & Titium conuenit vt darem ſibi certum numerum tegularũ quas facerem de fundo meo. quæritur, an ſit venditio, aut locatio? Dicitur quòd vẽditio. nam cùm materia in qua aliquid præſtatur, erit de eodem ſtatu: manet cõductio & locatio. Viuianus.

n *Factas*.tempore traditionis : faciendas tamen poſt contractum venditionis.

o *Debet*. vt ſupra eo. l. Sabinus. & infra loca.l.ij.in fine.

I*N vendendo*.] CASVS. Si vendo fundum: id præſtare debeo, etiam ſi non dicatur, ſcilicet vt non euincatur neq; fundus, neque vſusfructus eius. Quædam nõ aliter præſtantur, niſi dicãtur expreſſe, vt via, actus, &c. quod eſt verum niſi fundo vẽdito debeãtur: quia tunc accedunt tacitè. & idem eſt in ſeruitutib[us] vrbanorum prædiorum. [SI CVM.] Vẽdidi tibi prędiũ cui ſeruitus debebatur: ſciens hoc tacui: & ita emptor non certioratus amiſit illã ſeruitutẽ non vtendo per ſtatutũ tẽpus. quæritur an ego tenear? Dicitur ꝙ ſic ex empto propter meum dolum præſumptũ propter taciturnitatem. [QVINTVS.] In venditione non veniunt ruta & cæſa : quia non intelliguntur fundi eſſe, vel ædium, niſi expreſſum fuiſſet. nam ruta & cęſa ſunt illa quæ neque fundi neque ædium ſunt. Viuianus.

p *In vendendo*.niſi in caſibus: vt.C.de euict.l.j.&.l.ſi fundum.

q *Vſusfructus*.idem ſi euincatur quælibet ſeruitus: vt dixi.s̃.eo.l. cùm venderes. Sed arg.contra.s̃.ſi ſer.vin.l.teſtatrix.j. reſpon. & de ſerui.vrba.prædi.l.fi.j.reſpon. Sed ibi ideo, quia ſic paterfamilias fuerat ſolitus: arg. ĩ.de leg.j.l.ſi ſeruus.§.fi.Accurſius.

r *Si dicta ſint*.aliàs non: vt arg.s̃.de ſerui.ruſti.prædi.l.via.§.fi. in fi.& infra de euic.l.penultima. Si verò fundo debeãtur, tacitè ſequuntur: vt ſupra eod.l, ſi aquæductus. Accurſius.

In contractu inter viuos, eſt locus iuri accreſcendi, quando promiſſoris hoc intereſt. h.d. Bartolus & Baldus.

LXIIII. IDEM *libro ſecundo Epiſtularum*.

FVndus ille eſt mihi & Titio emptus. Quęro, vtrum in partem, an in totum venditio conſiſtat : an nihil actum ſit Reſpondi, Perſonam Titij ſuperuacuò accipiendam puto: ideóque totius fundi emptionem ad me pertinere. [m]

Nota hanc legem, per quam potes dignoſcere contractum locationis à contractu emptionis. Bartolus & Baldus.

LXV. IDEM *libro vndecimo Epiſtularum*.

COnuenit mihi tecũ, vt certũ numerũ tegularũ mihi dares certo pretio. quod vt faceres, vtrũ emptio ſit, an locatio? Reſpõdit, Si C ex meo fundo tegulas tibi factas [n] vt darem cõuenit, emptionẽ puto eſſe, nõ conductionẽ. Totiẽs enim conductio alicuius rei eſt, quotiẽs materia in quo* aliquid præſtatur, in eodem ſtatu eiuſdem manet. quotiens verò & immutatur, & alienatur, emptio magis quàm locatio intellegi debet. [o]

* vulg. qua.

In contractu emptionis & venditionis veniunt quædam, etiam ſi non dicantur. Baldus.

LXVI. POMPONIVS *libro trigenſimoprimo ad Quintum Mucium*.

D IN vendendo [p] fundo quædam etiam ſi non condicãtur, † præſtãda ſunt: veluti ne fundus euincatur, aut vſusfructus [q] eius. quædam ita demum, ſi dicta ſint: [r] veluti viam, iter, actum, aquæductm præſtatu iri.* Idem & in ſeruitutibus vrbanorum prædiorum. Si cùm ſeruitus venditis prædiis deberetur, nec commemorauerit venditor, ſed ſciens eſſe reticuerit, & ob id per ignorantiam rei emptor non vtendo E per ſtatutum tempus eam ſeruitutem amiſerit: quidam rectè putant venditorem teneri ex empto

† Al. dicãtur. in veter. manuſcrip quidã aiunt ſyllabã, con. in archetipo eſſe deletã.

* eleganter, pro præſtatum iri Ant. lib. 2. cap. 1.



UNED

a *Ob dolum.* præſumptum. ſic ſupra man. l. ſi fideiuſſor. in fin. j. reſpon. Et not. quem renuntiare debere: vt in alleg. l. §. ſi cum debitor. &. l. ſi procuratorem. §. pe.

b *Ruta cæſa.* hæc non dantur emptori: imò ſi habet, reuocantur: vt hîc, & infra de act. emp. l. fundi. §. ſi ruta. &. ſ. ad exhib. l. Celſus. §. idẽ Iulianus.

ob dolum. [a] Quintus Mucius ſcribit, qui ſcripſit, *Ruta cæſa quæque ædium fundi ve nõ ſunt*, bis idem ſcriptum. nam ruta cæſa [b] ea ſunt, quæ neque ædium, neque fundi ſunt.

Res tranſit cum ſua cauſa. hoc dicit iſta lex. Baldus.

LXVII. IDEM *libro trigenſimo nono ad Quintum Mucium.*

ALienatio cùm fit, cum ſua cauſa dominium ad alium transferimus, quæ eſſet futura ſi apud nos ea res manſiſſet: idque toto iure ciuili ita ſe habet, [c] prẹterquam ſi aliquid nominatim ſit conſtitutum. [d]

Si venditor promiſit emptori exigere mercedem rei venditæ à cõductore, debet in exigẽdo diligentiam præſtare. Item in venditione ſolẽt adiici verba, quòd dolus malus abſit à venditore. Bald.

LXVIII. PROCVLVS *libro ſexto Epiſtularum.*

SI cùm fundum venderes, in lege dixiſſes, quod mercedis nomine à conductore exegiſſes, id emptori acceſſurum eſſe: exiſtimo te in exigendo non ſolùm bonam fidem, ſed etiam diligentiam præſtare debere, id eſt, non ſolùm vt à te dolus malus abſit, ſed etiã vt culpa. Ferè [e] aliqui ſolent hæc verba adiicere: *Dolus malus à venditore aberit.* qui, etiam ſi adiectum non eſt, abeſſe debet. Nec videtur abeſſe, ſi per eum factum eſt [f] aut fiet [g] quo minus fundum emptor poſſideat. Erit ergo ex empto actio: non vt venditor vacuam poſſeſſionem tradat, [h] cùm multis [i] modis accidere poterit ne tradere poſſit: ſed vt ſi quid dolo malo fecit, aut facit, dolus malus eius æſtimaretur.

Verba contractus referuntur ad tempus contractus. Item lacus ius non habet, ſecus in flumine. hoc dicit. Adde. l. vicinus. in fi. infra de aqua plu. arcen. Bartolus.

LXIX. IDEM *libro vndecimo Epiſtularum.*

RVtilia Polla emit lacum Sabatenem angularium, [k] & circa eum lacum pedes decem. quæro, nunquid & decem pedes qui tunc acceſſerunt, ſub aqua ſint, quia lacus creuit: an proximi pedes decem ab aqua Rutiliæ Pollæ iuris ſint. Proculus reſpondit: Ego exiſtimo eatenus lacum quem emit Rutilia Polla, veniſſe, quatenus tunc fuit: [l] & circa eum [m] decem pedes qui tunc fuerunt: nec ob eam rem, quòd lacus poſtea creuit, latius eum poſſidere debere, quàm emit.

LXX. LICINNIVS *Rufinus libro octauo Regularum.*

LIberi hominis emptionẽ contrahi poſſe plerique exiſtimauerunt, [n] ſi modò inter ignorantes id fiat. Quod idem placet etiã ſi venditor ſciat, emptor autem ignoret. Quod ſi emptor ſciens liberum eſſe emerit, nulla emptio contrahitur. [o]

Quibus menſuris menſuretur: eſt in arbitrio contrahentium. Baldus.

LXXI. PAPIRIVS *Iuſtus libro primo Conſtitutionum.*

IMperatores Antoninus & Verus auguſti Sextio Vero in hæc verba reſcripſerũt: Quibus menſuris aut pretiis negotiatores vina compararent, in contrahentium poteſtate [p] eſſe. Neq; enim quiſquam cogitur vendere, ſi aut pretium aut menſura diſpliceat: præſertim [q] ſi nihil † contra conſuetudinem regionis fiat.

Pacta ſuper accidentalibus vel naturalibus cõtractibus ex interuallo appoſita, ad exceptionem tantùm proſunt. ſi apponatur ſuper ſubſtantialibus, ad actionem proſunt. hoc dicit. Bartolus & Baldus.

LXXII. PAPINIANVS *libro decimo Quæſtionum.*

ALienatio.] CASVS. Vendo tibi rem, vel alio modo alieno: facio eam tuam ſicut mea eſt: quia alienatio talẽ efficit emptori, qualem habiturus eſſet venditor, niſi nominatim fuiſſet aliud dictum, vel ſpecialiter antè ſtatutum. Viuia.

c *Ita ſe habet.* vt infra de acquirendo rerum domi. l. traditio. & infra de regulis iuris. l. nemo.

d *Conſtitutum.* veluti ſi quis emat à venditore bona fide, poterit ſe tueri aduerſus creditorem præſcriptione decem vel. xx. an. quod auctor eius facere non potuiſſet: vt. C. ſi aduer. credi. l. ij. & de prẹſcri. xxx. ann. l. cum notiſſimi.

SI cum.] CASVS. Vẽdidi fundum, dixi in alienatione ꝙ pretium quod exigeretur à colonis fundi, accederet emptori. quæritur in caſu iſto, an ego vẽditor tenear præſtare in exigendo diligentiam? Et dicitur ꝙ ſic: & non ſolùm dolum, imò diligentiã & bonã fidem. teneor enim ſi dolum fecero in exigẽdo, ſiue per culpam nõ exegi. [FERE] Si inter emptorem & venditorem conſtitutum ſit ne dolum venditor committat: ſi contra factum fuerit, tenebitur. & idem eſt & ſi nõ dictum ſit. Facit dolum, ſi ſtet per eũ quo minus rem emptã poſſideat. & ſi res vendita tradita ſit, emptor non aget ex empto vt res tradatur, ſed vt dolus venditoris æſtimetur. Viuianus.

e *Ferè.* id eſt vbicũq;.

f *Factum eſt.* ſcilicet antè cõtractum: vel in contractu ipſo: quod probatur per id quod eſt ſupra de dolo. l. & eleganter §. non ſolùm. & ſupra eo. l. in vendendo. §. penult.

g *Aut fiet.* ſcilicet poſt contractum: vt cum non erat ſua tempore contractus, ſed poſtea ſua fit, quia tunc implere venditionem tenetur: vt infra de actio. empt. l. ſi quis alienam rem.

h *Tradat.* cùm iam fortè tradiderat. Vnde ſemel eſt liberatus: & amplius ad idem in perpetuum non tenetur: vt infra de ſol. qui res. §. aream. & inſtit. quib. mo. tol. obli. in principio. Accurſius.

i *Multis.* maximè. nam & ſi tradere poſſit, non tenetur actione ex empto vt tradat: licèt quidam dicant contra: ſed rei vind. vt ſupra de rei vindi. l. ſi ager. Accurſius.

RVtilia.] CASVS. Mulier quædam quæ vocabatur Rutilia, emit quendam lacum angularem Sabatenem, (id enim laci erat nomen, tractum à multitudine angulorum, vel anguillarum quæ in eo fundo erant) & iuxta lacum illum. x. pedes terræ qui ſub aqua non erant tempore venditionis. quæritur quid iuris ſit. Dicitur, ſi creuerit poſtea lacus, quòd non poteſt alios. x. pedes habere, cùm non emit illos. x. pedes terræ: quia videtur emiſſe qui tunc erant. vnde licèt poſtea creuerit lacus, & inundauerit illos. x. pedes, nõ debet Rutilia vlterius latius poſſidere quàm emit. Viuianus.

k *Angularium.* quia multos habet angulos. ſi habes anguillarũ: ideò eſt, quia multas habet anguillas. prima verior eſt.

l *Tunc fuit.* cùm venditio eſſet cõtracta: & ſic tempus contractus inſpicitur. ſic ſupra de ſer. vrb. præd. l. ſed quẹ loca. & infra de hered. vel act. ven. l. ij. §. j.

m *Eum.* ſcilicet lacum. Siue enim lacus creſcat, ſiue exareſcat: vicino neque accedit, neque decedit: vt. ĩ. de aqua plu. arcen. l. vicinus. §. fin. Accurſius.

LIberi.] CASVS. Vẽditio liberi hominis valet inter ignorãtes, ſi venditor & emptor credant eum ſeruum. idẽ ſi emptor credat, licèt venditor ſciat eum liberũ: ſed ſi emptor ſcit, non valet vẽditio. Viuianus.

n *Exiſtimauerunt.* quò ad obligationem: vt inſtit. eod. §. fin. Secus in ſtipulationibus: vt inſtit. de inuti. ſtipu. §. j. Et eſt ratio: quia in ſtipulationibus dominium debet tranſire: in venditione non: vt ſupra eod. l. ſi ita.

o *Nulla emptio cõtrahitur.* multò magis non valet contractus vbi ambo ſciuerũt: vt arg. ſ. eod. l. domũ. §. fin. & facit. ſ. eo. ſi in emptione. §. hominẽ liberum. & §. item ſi emptor.

† Not. iſtum text. ſecũdũ Bald. quòd conſuetudini renũtiari poteſt & derogari per pactũ. quod intellige, niſi cõſuetudo eſſet prohibitoria: per ea quæ not. in. l. 1. C. ne fide iuſſo. vel mã. do. dent.

IMperatores.] CASVS. Vendidi tibi frumẽtum: & cõueni de certa mẽſura, cùm incertę menſuræ in ciuitate eſſent: & pretio, puta de ſterlinguis, cum currat moneta talis Boñ. vtrum tali emptioni & vẽditioni ſtari debeat? Et reſpon. quòd ſic: quia quicquid conuênit, ſeruandũ eſt: dum tamen non ſit contra conſuetudinem regionis. Viuianus.

p *Poteſtate.* cum multæ monetæ & mẽſuræ ſint in ciuitate. Acc.

q *Præſertim.* nam idem & ſi contra conſuetudinem. ſic &. C. loca. l. circa. & facit ſupra de dolo. arbitrio. §. de eo. Accurſius.

PActa.] CASVS. Lex iſta facit differentiam inter pacta quæ ſunt de ſubſtantia contractus, & ea quæ ſunt de natura contractus. Primo ponit talem caſum: Vendidi tibi prædium. facta venditione pepigi tecũ aliquid ex interuallo. an vires habeat pactum, quaſi incontinenti eſſet factum, quæritur. Et dicitur quòd ſi detrahat obligationi, puta quòd ſit pactum vt teneatur de dupla: bene habet vires, & creditur ineſſe. ſi autem adiiciat aliquid obligationi,

obligationi, puta quia pactus eſt emptor quòd ſibi caueatur cū fideiuſſoribus: vires non habet, neq; creditur ineſſe. Hoc tamen verum eſt quantū ad hoc vt emptor ex eo agat: ſed tamē in caſu licèt vires non habeat ad agendū, habebit tamē vires ad excipiendum, vēditore agēte pro aliquo: pro pretio, pro rutis & cæſis, vel aliquo alio. hoc in pactis quę ſunt de natura cōtractus. Sed quæritur, quid erit ſi poſt vēditionē fuit factū pactū de ſubſtātia cōtractus ex interuallo: puta fuit factum de augēdo vel deminuēdo pretio? In caſu iſto qualecūq; tale pactū fiat, vires habebit: & creditur receſſiſſe à priori vēditione re adhuc integra. [PAPINIANVS.] Si vēdas mihi fundū, & excipias ſacrū & publicū: ſi aliquid ita publicū eſt, qđ tamē in patrimonio fiſci fuiſſet: illa res nō intelligitur excepta. Viu.

Vide Cuiac. lib. obſ. 2. c. 15. & lib. 14. cap. 28.

*Vulg. conſiſtit.

Pacta conuenta, quæ poſtea [a] facta detrahunt aliquid emptioni, contineri cōtractu videntur: quæ verò adiiciunt, credimus hoc non ineſſe. Quod [b] locum habet in his, quæ adminicula [c] ſunt emptionis: veluti ne cautio [d] duplæ præſtetur: aut vt cum fideiuſſore [e] cautio duplæ præſtetur. ſed quo caſu agente emptore non valet pactum, [f] idem [g] vires habebit iure exceptionis agente [h] vēditore. An idem [i] dici poſſit acto poſtea vel deminuto pretio, non immeritò quæſitum eſt: quoniam emptionis ſubſtantia conſtitit * ex pretio. [k] Paulus notat: Si omnibus integris manētibus, de augendo vel deminuendo pretio rurſum conuenit, [l] receſſum à priore cōtractu, & noua emptio [m] interceſſiſſe videtur.

Quādo in venditione excipiuntur publica: intelligitur de his quę ſunt in vſu publico, nō de his quæ ſunt in patrimonio fiſci: & exceptio non prodeſt ſi res excepta nō reperitur. hoc dicit. Sic. ꝟ. de leg. 1. ſi quis legauerit fundum.

Papinianus: Lege vēditionis ita facta, *Si quid ſacri, aut religioſi, aut publici eſt, eius nihil venit*, ſi res non in vſu publico, ſed in patrimonio fiſci erit, venditio eius valebit: [n]

a *Quæ poſtea*. ſcilicet ex interuallo. Accurſius.

b *Quod*. ſcilicet dictum prædictarum duarum regularum.

c *Adminicula*. id eſt accidentalia ſiue naturalia contractus: non autem ſubſtantialia, vt ſubiicit.

d *Ne cautio*. hæc ad detrahendum.

e *Cum fideiuſſore*. hæc ad adiiciendum. Nam fideiuſſores dare venditor non tenetur, niſi hoc nominatim actum eſt: vt infra de euict. l. emptori dupla. in princ.

f *Non valet pactum*. vt quando eſt ad adiiciendum.

g *Idem*. ſcilicet pactum.

h *Agente*. fortè ad ruta & cæſa, quæ habet emptor: vt. ꝟ. de act. empt. l. fundum. §. ſi ruta. Vel ad pretium, vel ad aliquid aliud. Et ſic not. quòd quædam ſeruat emptor excipiendo, quæ non poteſt ſeruare agendo: vt ſupra eo. ſi in emptione. §. item.

i *An idem*. ſupra dixit de naturalibus vel accidentalibus pactis, nunc de ſubſtantialibus. Accurſius.

k *Ex pretio*. quia ſine pretio eſſe venditio non poteſt: vt. ſ. eo. l. ij. §. j. Idem ſi fiat ſuper re vendita augēda, vel minuenda: vt. ſ. de pac. iuriſgentiū. §. adeò. cum ſimiliter ſit de ſubſtātia emptionis, nec ſine ea eſſe poſſit: vt. ſ. eo. l. nec emptio. Item cōſenſus eſt de ſubſtātia: vt. ſ. e. l. j. ij. & iij. Alia verò quæ ibi dicuntur & fiūt, non ſunt ſubſtantialia, cùm ſine eis poſſit contractus conſiſtere.

l *Conuenit*. ex interuallo. Accurſius.

m *Noua emptio*. vt. ꝟ. de reſcin. vendi. l. ſi quam. Nam quæ poſtea fiunt, prioribus derogant: vt. ꝟ. de iure codi. l. diuus. §. licèt. Et vt plenè habeas, dic, pactorum quædam ſunt de ſubſtantia contractus: vt de augendo vel deminuendo pretio. quædam accidentalia, ſiue extranea: vt de dando codicem exemplaris loco, vel quid ſimile, non attingens emptioni. Quæ de ſubſtantia contractus dicimus eſſe, eadem quidam vocāt de natura: vt. ſ. de pact. l. iuriſgentium. §. idem reſponſum ſcio. Sed nos pactum de natura dicimus eſſe, quod fit ſuper id quod eſt naturale: vt de euictione præſtanda. Quod autē in accidentalibus dixero, idem in his quæ fiunt ſuper naturalibus cōtractibus intelligas. Item pactorum quædā in continēti, quædā ex interuallo interponuntur. in continenti, id eſt cùm cōtrahentes nondū ad alia negotia diuerterint. Item quædā in cōtractibus nominatis: quædā in innominatis. Pacta quę ſunt de ſubſtātia, quādocunq; fiunt, pariūt nouā actionē: veteri (dicit Io.) ſublata: niſi in contrariū agatur: vt hîc, &. ꝟ. de reſcin. ven. l. ij. Ego diſtinguo, vtrū incontinenti: vt tunc non tollat. aut ex interuallo fiat pactū: vt tunc tollat: vt arg. ꝟ. de condi. & demon. non ad ea. Alij dicūt veterē manere: & ſecundā ei accedere, niſi aliud agatur: vt. ſ. de pact. l. iuriſgentiū. §. adeò. & l. ſi vnus. §. ſed ſi pactū. Pacta verò quæ de accidentalibus fiunt, vel de naturalibus: ſi quidē ex interuallo, nullā pariunt actionē, ſed exceptionē: vt hîc, &. ſ. de pact. l. iuriſgentium. §. quinnimò. Si autē incontinenti, nouā præſcri. ver. actionem pariunt: & hoc dicebat Pla. eſſe verū cùm ſit ad agendū: ſecus ſi ad excipiendū. Arg. cōtra. ſ. de iureiur. ſed & ſi poſ. & ſi de li. leg. l. quod mihi. & C. de dona. antè nup. ſi cùm antè. & veterem informāt, ſi quam reperiāt informandā. Interdum enim nō reperiūt: vt ſi cōtractus ſit ſub conditione factus: & purè pactū apponitur: ſicut probari poteſt arg. l. quæ eſt. ꝟ. de peri. & cōmo. rei vend. l. ſi in venditione. Item aliud arg. nam ſi ego vendidi præſente pretio, & cōueni vt amplius dares ſi pluris venderes: ſtatim poteſt agi ex vēditione: vt. ſ. eo. hæc venditio. §. vltimo. Sed hîc, pactum videtur pretium: ſcilicet ꝙ ita conuenisti ex venditione te facturū pendente conditione: ergo ſtatim poteſt agi: vt. ſ. eo. l. fundi. quod eſt falſum. Nam nō informatur vt poſſit agi ad id quod pluris venderetur eunti. illud enim fit de cōditione & de fortuna, an pluris vendetur. Alij poſuerūt exēplū in donatione: quia ex ea veteri iure actio nō oriebatur, vndè nō informat. Sed hoc exēplum nō valet ſecundū quoſdā: quia ſiue pactum apponatur facta traditione ex cauſa donationis incontinenti. dicitur nudum: ſiue in ipſa donatione. Nam in traditione non poteſt actio naſci ex pacto: quia nō eſt veſtitū ex eo contractu, qui prorſus nudus eſt. pactum enim veſtitum ideò veterem dicitur informare, quia cùm priùs orta fuerit ad pretium, additur forma alia vt ad aliud competat. hoc colliges. C. de pact. inter empt. & ven. l. ij. & eius concordātiis in caſibus: nec datur actio ex pacto incontinēti appoſito: vt. C. de vſur. quamuis. &. C. de iur. do. auia. Et ad idem infra ſolu. ma. quotiens. &. ſ. de relig. & ſum. fu. quòd ſi locus. &. ꝟ. de ſer. exp. l. ſeruus ea lege. Alij addunt quintum caſum: vt. C. loca. l. ſi tibi. quod nō placet. Licèt autem pactum ex interuallo, quia nudum, non pariat actionem: tamen eſt ſecus in caſibus: vt. C. de dona. l. ſi quis argentum. & inſtit. de act. §. item prætor. &. C. de do. promiſ. ad exactionem. &. ꝟ. de polli. l. pactum. & de nau. fœ. l. periculi. &. C. de vſur. frumenti. &. ꝟ. de vſur. l. etiam. Sed an reuocatio per rei vind. detur ſi pactū non ſeruatur? Reſpon. diſtingue an aliàs eram cōtracturus: & tunc actio præſcri. ver. & actio ex eo cōtractu datur, non autem reuocatur: vt. C. de reſcin. ven. l. ea conditione. Aut non eram: & tunc ſi pretium eſt ſolutum, reuoco per actionem ex eo contractu: vt. C. de pact. inter empt. & vend. l. cùm te. ſi non ſolutum eſt, vel fides habita, per rei vin. vt inſtitu. de rerum diui. §. venditæ. In caſibus autem tribus, & pretio ſoluto, vel fide habita, datur rei vind. vt in pacto addictionis in diem: vt. ſ. de rei vindic. l. ſi quis. &. ꝟ. de in diem addict. l. iiij. §. fin. Item in pact. l. commiſſ. vt. C. de pact. inter emp. & ven. l. commiſſoriæ. Item in alio caſu: vt ſupra eo. l. ſi quis ſub. Vel ibi demum apprehenſa poſſeſ. Item in contractu donationis datur rei vind. vt. C. de do. quæ ſub modo. l. j. Condictio verò ob cauſam, in nominatis contractibus locū non habet: vt. ꝟ. de re. permut. l. j. ibi, quod in his &. c. niſi in caſu vno: vt in donatione: vt C. de dona. quæ ſub modo. l. prima. qui eſt nominatus hodie: licèt olim innominatus: vt dixi. ſ. de pactis. l. iuriſgentiū. §. primo. licèt M. condictionem dixerit locum habere in cōtractibus nominatis, arg. eius quod eſt. ſ. de actione empti. lege, ex empto. §. is qui vina. Sed certè ibi non dicit dari condictionem ad contractum venditionis: ſed ad contractum arrarum, qui eſt per ſe: vt C. de fide inſtrumen. l. contractus. & hoc in contractibus nominatis: in innominatis autem datur actio præſcriptis verbis ad intereſſe: & cōdictio ob cauſam ad repetendū quod fuit traditum: vt. ꝟ. de præſcriptis verbis. l. naturalis. §. ſinautē rem do. &. C. de condictio. ob cau. l. ſi vt proponis. & de re. permut. l. ea. & l. emptionē. & l. rebus. ſed rei vind. non cōpetit, licèt pactum non ſeruetur in contractu innominato: vt. C. de re. permu. l. cum precibus. Itē quod dixi quòd cōdictio ob cauſam locum habet in innominatis, verū eſt in duobus: ſcilicet do vt des: & do vt facias: & etiā in hoc, do vt non facias: vt. C. de condict. ob cau. l. ea lege. In aliis autem, ſcilicet facio vt des, vel facio vt facias, non habet locum: cùm facta non poſſint repeti: vt. ꝟ. de præſcrip. ver. l. pe. &. ſ. de condict. inde. l. ſi non ſortem. §. libertus. ſed præſcri. ver. vel de dolo: vt. ꝟ. de præſcrip. ver. l. naturalis. §. ſed ſi facio.

n *Valebit*. id eſt non intelligitur excepta. Sed videtur non valere ſine principis conſenſu: vt infra de lega. j. apud Iulianum. §. fin. quæ eſt contra. Solu. ibi erat redacta ſub procuratore Cæſaris, hîc non. vndè tenet hîc contractus: vt. ſ. eo. l. ſed Celſus. ibi non tenet: vt inſtit. de inuti. ſtipul. §. primo.

Pacta poſteriora prioribus derogant.

Pactorū genus multiplex eſt, & eorum varij effectus.

a *Exceptio*. quam fecit ſi quid ſacri, &c. vt in princ. huius. §.
b *Locum*. pro huiuſmodi re. Accurſius.

A *Ede ſacra.*] CASVS. Eccleſia deſtructa locus manet ſacer. & ideò vendi non poteſt. [INTRA.] Aliquis vendidit mihi fundum in quo ſepulchrum eſt, & maceria vel murus quidam, qui circumibat ſepulchrum: omnia cedunt venditioni, ſi nihil ſit exceptum. Viuianus.

c *Non eſt prophanus*. id eſt non deſinit eſſe ſacer: vt. ſ. de rerum di. l. in tantum. §. ſemel autem. & inſtit. de re. di. §. ſacra ſunt. Et ſic not. rem ſacrã non deſinere eſſe ſacram. fallit autem ſi ab hoſtibus capiatur: vt. ſ. de relig. l. cùm loca. Itẽ in vaſis: vt. C. de ſacroſanct. eccleſiis. authẽ. præterea. ſecus autem in religioſis: quæ deſinunt ſi caput hominis transferatur: vt ſupra de relig. l. antepenult.

Res ſacra an aliquando deſinat eſſe ſacra.

d *Non poteſt*. inter ſciẽtes, vel vt dominium tranſeat: vt ſupra eod. l. ſi in emptione. §. omnium.

e *Intra maceriam*. id eſt parietem de lapidibus ſine cæmento: vt infra de verborum ſignificatione. l. paries. [a]

a] In vulg. eſt lex. quatum. §. paries.

f *Venditor*. ſcilicet totalis prædij.

g *Excepit*. ſcilicet venditor de maceria: licèt exceperit ſepulchrum: vt. ſ. de relig. l. ſi ſepulchrum. Accurſius.

C *Lauibus.*] CASVS. Si aliquis vendat mihi res conſtitutas in horreis, & tradat mihi claues iuxta horrea: videtur mihi tradidiſſe poſſeſſionem merciũ, ſi tradat mihi claues iuxta horrea: & intelligas eſſe nactũ merces & dominium, ſi venditor fuit dominus. ſi autem non fuit dominus, paratur mihi cauſa vſucapionis. Viuia.

nec vẽditori proderit exceptio, [a] quæ non habuit locum. [b]

LXXIII. IDEM *libro tertio Reſponſorum.*

**A**Ede ſacra terrẽmotu diruta, locus ædificij nõ eſt prophanus: [c] & ideò venire nõ poteſt. [d] Intra maceriam [e] ſepulchrorum hortis vel cęteris culturis loca pura ſeruata, ſi nihil venditor [f] nominatim excepit, [g] ad emptorem pertinent.

Clauibus traditis, videtur tradi poſſeſſio eorum quæ ſunt ſub clauibus. Item quo caſu facta traditione à domino, trãsfertur dominium: eodem caſu traditione facta à non domino, transfertur cõditio vſucapiendi. De hoc plenè in. l. Pomponius. §. ſi iuſſu. infra de adquiren. poſſeſ. Bartolus.

LXXIIII. IDEM *libro primo Definitionum.*

**C**Lauibus traditis, ita merciũ in horreis cõditarum poſſeſſio tradita videtur, ſi claues apud horrea [h] traditæ ſint: quo facto confeſtim emptor dominium & poſſeſſionem adipiſcitur, etſi non aperuerit horrea. quòd ſi venditoris merces non fuerunt, vſucapio confeſtim inchoabitur. [i]

Actio ex vendito datur etiam ad id quod deuenit in pacta incõtinenti appoſito. Baldus.

LXXV. HERMOGENIANVS *libro ſecundo Iuris Epitomarum.*

**Q**Vi fundum vendidit, vt cum certa mercede conductum ipſe habeat: vel ſi vendat, non alij, ſed ſibi diſtrahat: vel ſimile aliquid paciſcatur: ad complendum [k] id quod pepigerit, ex vendito agere poterit. [l]

LXXVI. PAVLVS *libro ſexto Reſponſorum.*

**D**Olia in horreis defoſſa, [m] ſi non ſint nominatim in venditione excepta: horreorum venditioni ceſſiſſe videri. [n]

B Defenſiones quæ cõpetunt venditori, tranſeunt ad emptorem, & omnem habentem cauſam ab eo. Item poſſeſſio auctoris & ſucceſſoris iunguntur ad præſcriptionem implendam. Baldus.

Eum qui in locũ emptoris ſucceſſit, [o] iiſdem defenſionibus vti poſſe, [p] quibus venditor eius [q] vti potuiſſet: [r] ſed & longæ poſſeſſionis præſcriptione, [ſ] ſi vtriuſque [t] poſſeſſio impleat tempora conſtitutionibus ſtatuta. [u]

C Paria vel ſimilia ſunt, non eſſe, & non apparere. hoc dicit. Et not. quòd lapidicina dicitur vbi lapis cæditur, non vbi cædi poteſt. Bar.

LXXVII. IAVOLENVS *libro quarto ex poſterioribus Labeonis.*

**I**N lege fundi venditi lapidicinæ in eo fundo, vbique eſſent, exceptæ erãt: & poſt multùm tẽporis in eo fundo repertæ erãt lapidicinæ. Eas quoq; vẽditoris eſſe Tubero reſpondit: [x] Labeo, referre quid actum ſit. Si non appareat: nõ videri eas lapidicinas eſſe exceptas. Neminẽ enim nec vendere nec excipere quod non ſit: [y] D & lapidicinas nullas eſſe, niſi quæ apparent, & cæduntur. aliter interpretantibus, totum fundum lapidicinarum fore, [z] ſi fortè toto eo ſub terra eſſet lapis. hoc probo. [a]

o *Succeſſit*. id eſt heredem emptoris. Vel dic qui ab eo emit.
A p *Vti poſſe*. ſcilicet dicendum eſt.
q *Venditor eius*. i. qui vendidit prædeceſſori ſuo. vel dic, ſibi. Acc.
r *Potuiſſet*. vt ſupra de pactis. l. ſi tibi. §. pactum.
ſ *Præſcriptione*. ſcilicet poterit vti emptor, vel heres.
t *Vtriuſque*. ſcilicet venditoris & emptoris, ſiue heredis: vt hîc, &. C. de preſcrip. long. temp. l. ſuper longi. & ȷ̃. de vſucap. pro empt. l. ij. §. emptori. &. ȷ̃. de diuer. & temp. præſcri. l. de acceſſionibus. & C. de euic. l. emptori. & C. de vſucap. tranſ. l. j.
u *Statuta*. decem vel viginti annorum.

I *N lege.*] CASVS. Vẽdidi tibi fundum, & lapidicinã excepi. poſtea inuentæ ſunt lapidicinæ. venditori non emptori eas cedere dicit Tubero. Labeo corrigendo dicit vt conſideretur quid actũ ſit. ſi non appareant illæ lapidicinæ, ſolum videantur exceptæ quæ apparuerunt tempore contractus. ꝙ ſi aliud diceretur, contingeret abſurdum: vt ſi totus fundus plenus eſſet lapidicinis, deberet totus cedere venditori: & ſic eſſet abſurdum. Viuianus.

x *Tubero reſpondit*. ſed malè.

y *Quod non ſit*. Not. ad ea quæ apparet, huiuſmodi pacta referũtur, non ad futura quæ potuerũt apparere: vt hîc, &. ſ. de ſer. vr. præ. l. ſi ſeruitus. &. ȷ̃. de pigno. l. ſi fideiuſſor. §. Licius. &. ſ. de petitio. hered. l. legitima. & de pactis. l. tres fratres. & de trãſactio. l. cùm Aquiliana. &. ȷ̃. de dam. infect. l. damni. §. ſi is qui. &. ȷ̃. de heredi. ven. l. ij. §. j. & de adquirenda poſſeſ. locus certus. in fine. Sed argu. contra. ſ. de ſer. vr. præ. l. eum qui. &. ſ. depo. l. j. §. ſi ciſta. Accurſius.

z *Fore*. venditoris dicendum eſt: quod eſt abſurdum. Et ſic not. infinitatem vel nimietatem vitandam: vt arg. ȷ̃. de leg. iij. fideicõmiſſa. §. ſi quis decem. &. C. de ſacroſanc. eccle. l. fina. Vel dic, fore lapidicinarum, & ſic venditoris. quod in idem recidit. Acc.

a *Hoc probo*. quod eſt abſurdum, vt dixi. Vel dic probo, ſcilicet dictum Labeonis.

Infinitas vitanda eſt.

h *Horrea*. hoc propter viſum: vt infra de adquirenda poſſeſ. l. j. §. penult. & l. quod meo. §. ſi venditorem. qui viſus eſt vnus de corporalibus ſenſibus. & ſic non ob. infra de adquiren. poſſeſ. l. quemadmodum. Accurſius.

i *Inchoabitur*. eſt enim generale vt vbi dominus tradens dominium transfert, ibidem non dominus præſtet cauſam vſucapionis: vt hîc, & inſtit. per quas perſo. no. adquir. §. ex his. & facit. ȷ̃. de adquirendo rerum dominio. l. qua ratione. §. item ſi quis. & inſtitu. de re. diui. §. item ſi quis. Accurſius.

Q *Vi fundum.*] CASVS. Vendidi tibi fundum: & conuenit vt mihi locares: vel conuenit vt ſi cõtingeret te vendere, nulli venderes niſi mihi. vt fiat quod cõuenit, agetur ex vendito. Lex, dolia, plana eſt in principio. [EVM.] Vendidiſti mihi fundum: deceſſi herede relicto. eiſdem defenſionibus vtetur heres, quibus & tu. Item vti poteſt præſcriptione decennali, vel vicennali, ſi velit continuare tempora mea cum temporibus tuis. Viuia.

k *Ad complendum*. vel ad intereſſe, ſi hoc actori placuerit: vt. ȷ̃. de no. ope. nun. l. ſtipulatio. §. ſiue.

l *Poterit*. vt. ȷ̃. de actio. empti. l. ſterilis. §. ſi tibi. & C. de pact. inter empt. & vendi. l. j. & l. ij. &. ȷ̃. eo. l. fundi. Accurſius.

m D *Olia Defoſſa*. id eſt affixa: vt infra de act. empt. l. granaria. & l. penult. §. finali. Accurſius.

n *Videri*. contra. ȷ̃. de act. emp. l. fundi. in princ. Sol. vt ibi. Acc.

E F *Iſtulas.*[ CASVS Si vendo domum, & dixero quòd fiſtulæ accedant: quæritur an caſtellum, id eſt ædificium quoddam ex quo fiſtulis aqua ducitur, accedat venditioni. Dicitur quòd ſic: licèt non ſit dictum de hoc aliquid in pacto venditionis. [FVNDVM.] Quidam emit fundum à Titio: neque accepit vacuam poſſeſſionem fundi. factus eſt poſtea tutor filij. poſſeſ. ſibi cedere poteſt ipſemet, hoc modo, ſi pupillus & eius familia diſcedat de fundo, & tunc ipſe ingreditur. [QVI FVNDVM.] Titius emit fundum, & conuenit vt ſoluta pecunia traderetur ſibi vacua poſſ. fundi. deceſſit duobus heredibus relictis. ſi vnus de heredibus offerat totam pecuniam, bene poterit petere prædium, & partem pecuniæ à coheredibus recuperabit per iudiciũ familiæ erciſcun. ſi ſuam partem offerat. poſſeſ. fundi non habebit, propterea quòd contractum ſit æs alienum quod diuidi non poteſt. [FRVMENTA.] Vendidiſti mihi frumenta in hæc verba, ſi tempeſtate aliqua corrumpatur, hoc te præſtaturum. quæritur,

UNED

ritur,an tenearis? Et diſtinguitur, aut erat ſolita tempeſtas, aut inſolita.primo caſu non teneor: ſecundo ſic. Viuianus.

a *Emptori.* ſcilicet fundi.

b *Licèt ſcriptura.* vel etiam in pactis:vt hîc,& ſupra eo.l.qui fundum.§.in lege.& infra de actio.empt.fundi.§.fina.

c *Accepiſti.* ſcilicet à patre.Accurſius.

d *In poſſeſsionem.* & ſic pupillus deſinit poſſidere, & tu incipis. ſecus ſi ipſe tantùm exiret: tu autem non acciperes: quia nõ amittit poſſeſſionem: vt.ff. de dolo.cum quis.quę eſt contra. Item in tali acceptione poſſeſſionis non eſt decretum neceſſariũ, cùm ex voluntate fiat defuncti: vt.C. quando decre. opus non eſt.l.j. Item not. hic quem auctorari in re ſua. ſic &.ff. de aucto. tu. l.j. & de adminiſtr.tuto.l. quotiens.§.non tantùm.& ff.de nego. geſt. diuortio.§.illud.an autẽ hodie corrigatur hîc. §. cum debitor vel creditor non poſſit eſſe tutor? Poteſt dici quòd ſic:vt in auth. vt hi qui oblig. ſe hab. perh. res mi.§.j.col.vj.Accur.

Auctorari in re ſua quis poteſt.

e *Partem.* ſcilicet pecuniæ.

f *Non potuit.* & ideò meritò habuit locum actio familię erciſcundæ: vt diximus ſupra familiæ erciſcun. l. heredes.§.non tantùm.

g *Tempeſtate.* ſcilicet valida præter conſuetudinem regionis.nam de ſolita non videtur actum.

h *Si immoderatæ.* ſi obligat ſe ad inſolita, non ideò tenetur ad ſolita: vt hîc. & econtra ſi obligat ſe ad ſolitum, nõ ideò tenetur ad inſolitum: vt argu.C.de pigno.actio.l.quę fortuitis. Accurſius.

Fundi.] CASVS. Si vendo partem fundi, vt emptor aliã partem conductã habeat: iuriſconſultus dicit agi poſſe ex vendito: quia hoc videor minus accepiſſe. Viuianus.

i *Lege.* id eſt pacto.

k *Vẽdidiſti.* quod ſemper præſumitur: vt.ff. de ſer.ex.l.ſi venditor. §.fina. in fine. & facit ſupra pro ſoc. l. ſi non fuerint.§.j.ſed argu. contra. C.de vſur.l.ſi ea pactione.

l *Venditus.* ſcilicet pro decem. Vel dic quòd nullum aliud pretium fuit,niſi merces cõductionis: vt.ff.de act.emp.l. Titius.§.j.

Cum manu.] CASVS.Vendidiſti mihi fundum, & excepiſti ſata:an illa videantur excepta quæ omni anno ſeminari ſolent:non quę in perpetuum?Dicitur quòd ſic: alioquin ſi vineæ eſſent in eo fundo, exceptæ viderentur: quod eſſet abſurdum. [HVIVS REI.] Habebam tignum proiectum è domo mea in domum tuam:emi ſeruitutem,vt ſic immiſſum habeã:an valeat talis venditio?Et reſpon. quòd ſic. [SILVA.] Vendidi tibi ſiluã, quæ de quinquennio in quinquenniũ conſueuit cædi glans quę decidit,cuius ſit: an emptoris,an venditoris,quæritur. Et reſpõ. quòd cõſideratur quod actum eſt. ſi non appareat quod actum eſt, glans quæ deciderit ab arbore non cæſa, cedat venditori, & cęſa emptori. Ratio diuerſitatis eſt,quia cùm vendatur cædua: ea tantùm pertinent ad emptorem, quæ cæduntur. [NEMO.] Vendidi tibi equum: ſed pepigi ne dominium ad te tranſiret. an ſit emptio? Dicitur quòd non. Viuianus.

LXXVIII. LABEO *libro quarto Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.*

Fiſtulas emptori [a] acceſſuras in lege dictum erat.quærebatur, an caſtellum ex quo fiſtulis aqua duceretur, accederet. Reſpondi, apparere id actum eſſe,vt id quoque accederet: licèt ſcriptura [b] non continetur.

Tutor rem ſibi debitam poteſt tradere ſibiipſi.Bartolus.

Fundum ab eo emiſti,cuius filij poſtea tutelã adminiſtrãs nequaquam accepiſti [c] poſſeſſionẽ.Dixi, tradere te tibi poſſeſſionẽ hoc modo poſſe,vt pupillus & familia eius decedat de fundo, tunc demum tu ingrediaris poſſeſſionẽ. [d]

Facit tex.iſte quòd licèt ſit ſoluta quantitas pro parte,non tamen dominiũ adquiritur pro parte.nõ enim alienaſſet, niſi totũ alienaſſet. argu. infra de ſolu.ſi rem.inde fructus debet habere emptor pro rata, quando ſoluit pretium:vt infra de fundo dota.l.finali.Bart.

Qui fundum ea lege emerat, vt ſoluta pecunia traderetur ei poſſeſſio: duobus heredibus relictis deceſſit. Si vnus omnem pecuniã ſoluerit,partẽ [e] familiæ erciſcundæ iudicio ſeruabit. Nec ſi partẽ ſoluat, ex empto cum venditore aget: quoniam ita contractum æs alienum diuidi non potuit. [f]

Qui ſuſcipit in ſe caſum fortuitum: tenetur de caſibus fortuitis communiter contingentibus.hoc dicit. Vel aliter: Caſus fortuitus intelligitur inopinatus,nõ ex conſuetudine eueniens. Bartolus.

Frumenta quæ in herbis,erant, cum vendidiſſes, dixiſti te,ſi quid vi aut tẽpeſtate [g] factũ eſſet,præſtaturũ.ea frumenta niues corruperunt.ſi immoderatæ [h] fuerunt, & contra conſuetudinem tempeſtatis,agi tecũ ex empto poterit.

Pactum eſt loco pretij. ad hoc allegatur iſta lex. Baldus.

LXXIX. IAVOLENVS *libro quinto ex poſterioribus Labeonis*

Fundi partem dimidiam ea lege [i] vendidiſti, [k] vt emptor alteram partem quam retinebas, annis decem certa pecunia in annos ſingulos conductam habeat. Labeo & Trebatius negant poſſe ex vendito agi,vt id quod conuenerit fiat.ego cõtra puto, ſi modò ideò viliùs fundum vendidiſti, vt hæc tibi conductio præſtaretur. nam hoc ipſum pretium fundi videtur, quòd eo pacto venditus [l] fuerat.eoque iure vtimur.

LXXX. LABEO *libro quinto Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.*

Cum manu ſata in venditione fundi excipiuntur, non quæ in perpetuum ſata ſunt, excipi videntur,ſed quę ſingulis annis fieri ſolẽt, ita vt fructus eorum tollantur.nam aliter interpretantibus, vites & arbores omnes exceptæ videbuntur. [m] Huius rei [n] emptionem poſſe fieri dixi, *Quæ ex meis ædibus in tuas ædes proiecta ſunt, vt ea mihi ita habere liceat:* [o] déque ea re ex empto agi. [p] Silua cædua in quinquenniũ venierat. quærebatur,cùm glans decidiſſet,vtrius eſſet. Scio Seruium reſpondiſſe, primùm ſequẽdum eſſe,quod appareret actum eſſe. quod ſi in obſcuro eſſet, quæcumque glans ex his arboribus quæ cæſæ non eſſent, cecidiſſet vẽditoris eſſe.eam autem quæ in arboribus fuiſſet eo tempore cùm hæ * cæderentur, [q] emptoris. Nemo poteſt videri eam rem vendidiſſe, de cuius dominio id agitur, ne ad emptorem tranſeat: ſed hoc aut locatio eſt, aut aliud genus contractus. [r]

Pactum ſimile legi commiſſoriæ, reprobatur inter creditorem & debitorem: non inter debitorem & tertium. Bartolus.

LXXXI. SCÆVOLA *libro ſeptimo Digeſtorum.*

Titius cum mutuos acciperet tot aureos ſub vſuris, dedit pignori ſiue hypothecæ prædia, & fideiuſſorem Lucium: cui promiſit, intra triennium proximum ſe eum liberaturum: quòd ſi id non fecerit die ſupraſcripta, & ſoluerit debitum fideiuſſor creditori, iuſſit prædia empta eſſe,quæ creditoribus obligauerat. Quæro, cùm non ſit liberatus Lucius fideiuſſor à Titio: an ſi ſoluerit

m *Exceptæ videbuntur.* quod eſt abſurdum.Et ſic not.quòd ambiguũ pactum pro emptore interpretatur. Et eſt ratio ſecundum Ioan. quia vẽditor appoſuit. Vel videtur appoſuiſſe cùm eius gratia fiat, etiam ſi emptor dicat: vt ſupra eo. l. ſi in emptione. in principio. Vel dic quòd non eſt obſcuritas aliqua:nam arbores & vites non ſata, ſed plantata dicuntur: vt inſtit.de re. di.§.ſi Titius.&.§. qua ratione. Accur.

n *Huius rei.* id eſt huiuſmodi generis rerũ.

o *Liceat.* quaſi dicat vendis mihi ſeruitutem tigni immittendi, vel immiſſi ſuſtinendi. Accurſius.

* Flo. hæc.

p *Agi.* ſcilicet poſſe dicendum eſt.

q *Cæderentur.* Et eſt ratio: quia cùm ſit cædua,& vendatur vt cędatur: ea tantùm pertinent ad emptorem, quæ cæduntur.

r *Genus contractus.* puta pignoris,vel emphyteuſis, vel commodatum,vel depoſitum:in quibus dominium nõ transfertur: vt ſupra commo.l.penul.& depo.licèt.§.j.& facit ſupra eod. nuda. & infra de dona.l.in ædibus.§. finali.Accurſius.

Titius.] CASVS. Titius accepit centum aureos ſub vſuris: obligauit prædia pignori: & dedit fideiuſſorẽ ſuum: & cõuenit cum eo, vt intra triennium proximum eum liberaret: & niſi hoc ipſe faceret, & fideiuſſor ſolueret pecuniã creditori, quòd ipſe fideiuſſor pignori accepta haberet empta. quæritur,ſi fideiuſſor non fuit liberatus,& ſoluit,an habeat empta? Reſpondetur quòd ſic, ſi conuenit vt non in cauſam obligationis haberet pignora,ſed ſub conditione cõtracta fuit obligatio. [LVCIVS.] Promiſi tibi centum corbes de fundo meo. ſi vendo illum, an emptor debeat præſtare centum corbes? Et reſpondetur quòd non perſonaliter. Viuianus.

creditori, empta haberet ſupraſcripta prædia. Reſpondit, ſi non vt in cauſam obligationis, [a] ſed vt empta habeat, ſub conditione emptio facta eſt, † & contractam eſſe obligationem.

† Diſpungēdum ſic eſſe monebatur Florentię inter errata impreſſiõis.

Obligatio perſonalis non ſequitur fundi poſſeſſorem. Bart.

Lucius Titius promiſit de fundo ſuo centum milia modiorum B frumenti annua præſtare prædiis Gaij Seij. poſtea Lucius Titius vendidit fundum, additis verbis his: *Quo iure, quáque conditione ea prædia Lucij Titij hodie ſunt, ita veneunt, itáque habebuntur*. Quæro, an emptor Gaio Seio ad præſtationem frumenti ſit obnoxius. Reſpondit, emptorem Gaio Seio, ſecundùm ea quæ proponerentur, obligatum non eſſe. [b]

## DE IN DIEM ADDICTIONE.

### TITVLVS II.

I. PAVLVS *libro quinto ad Sabinum.*

IN diem addictio ita fit, *Ille fundus centum eſto tibi emptus, niſi quis intra kalendas Ianuarias proximas meliorem* [c] *conditionem fecerit, quo res à domino* [d] *abeat.* [e]

II. VLPIANVS *libro vicenſimooctauo ad Sabinum.*

QVotiens fundus in diem addicitur, vtrum pura emptio eſt, ſed ſub cõditione reſoluitur: [f] an veró conditionalis [g] ſit magis emptio, quæſtionis eſt. Et mihi videtur verius, intereſſe quid actũ ſit. Nam ſi quidem hoc actum eſt, vt meliore allata conditione [ab emptione] diſcedatur: erit pura emptio, quæ ſub conditione reſoluitur. Sin autẽ hoc actum eſt, vt perficiatur emptio, niſi melior conditio offeratur, erit emptio conditionalis. Vbi igitur ſecundùm quod diſtinximus, pura venditio eſt, Iulianus ſcribit, hunc cui res in diem addicta eſt, & vſucapere poſſe, & fructus & acceſſiones lucrari, [h] & periculum [i] ad eum pertinere ſi res interierit:

III. PAVLVS *libro quinto ad Sabinum.*

QVoniam poſt interitum [k] rei iam nec adferri poſſit B melior conditio.

IIII. VLPIANVS *libro vicenſimooctauo ad Sabinum.*

VBi autem conditionalis venditio eſt, negat Pomponius vſucapere [l] eum poſſe: nec fructus ad eum pertinere.

Perempta re principaliter vendita, non admittitur adiectio ſuper fructibus: ſed ſuper alia re ſecum vendita principaliter, admittitur. Baldus.

Idem Iulianus* libro quinto C decimo quærit: ſi res in diem addicta interciderit, vel ancilla deceſſerit: an partus vel fructus eius nomine adiectio admitti poſsit. & negat admittendam adiectionem: quia alterius rei quàm eius quæ diſtracta eſt, non ſolet [m] adiectio admitti. Idem Iulianus† eodem libro ſcribit, ſi ex duobus ſeruis viginti venditis, & in diem addictis, alter deceſſerit: deinde vnius nomine qui ſupereſt, emptor extiterit, qui ſupra viginti promitteret, an diſcedatur à prio- D re contractu? Et ait diſsimilem eſſe hãc ſpeciem partus ſpeciei: [n] & ideo hîc diſcedi à priore emptione, & ad ſecundam perueniri.

* In vulg. eſt l.5.

† In vulga. eſt.l.6.

Reſoluto iure emptoris per pactum addictionis in diem, reſoluitur ius eius qui ab eo recepit. Baldus.

Sed & Marcellus libro quinto Digeſtorum ſcribit, purè vendito, & in diem addicto fundo, ſi melior conditio allata ſit, rem pignori eſſe deſinere, [o] ſi emptor E

a *obligationis*. exiſtente conditione. At ſine pacto non poteſt fideiuſſor emere: vt.ſ.man.l.ſi mandato.§.j.& facit.j.de pign.l. ſi fundus.§.fin.Sed contra.C.de pact.pign.l.j.& fina.

b *Non eſſe*. ſcilicet perſonaliter, cum perſonalis obligatio non ſequatur fundũ: vt.j.ad Treb.l.j.§.ſi heres. &.ſ.de iudi.l.ſi fideicõmiſſum. §. tractatũ. Sed an fundus ſit obligatus, hîc non dicit, & ſic non eſt contra.ſ.de vſufru.l.hactenus.&.l. ſi pendentes. §. ſi quid cloacarij. Vel ſi dicas hoc prædiũ non obligatũ, adhuc tamen nõ contradicet: quia illud in ſpecialibus & fauorabilibus præſtationibus loquitur: vtputa alimentis vel reipu. hîc verò non de talibus. Item facit.j.de an.leg. l.Gaius. vel hîc de iure ſcripto. Item contra.j. de ali. leg.l.ij. Solu.vt ibi. Accurſius.

DE IN DIEM addictione.

*Supra in genere dixit de pact. inter empt. & ven. nunc ſpecialiter de quodã, ſcilicet addictionis in diẽ: vt vendo tibi rem hoc pacto, quòd ſi aliquis in diem talem meliorẽ conditionem attulerit, quòd ſit inempta.*

*In diem addictio pactio vna eſt emptionis vẽditionis qua res penes emptorẽ collocatur hac lege niſi quis intra diem certum ſupra adiecerit. quæ in auctionibus haſtæ frequens eſt: & addictionis quoque verbũ auctionibus tãtùm propriè conuenit. Detracta hac pactione, poſt addictionẽ adiectio non admittitur, niſi fauore fiſci intra legitima tempora. Cuiacius.*

De addictionis & adiectionis differẽtia, ſimulque in totũ hunc titu. lege Ant Augu lib.2.ca.3.

*IN diẽ.*] CASVS. Cùm ſit venditio ſub pacto addictionis in diẽ: quęritur an vẽditio ſit cõditionalis: vel pura. & refert quid actum ſit, quia ſi dicas. ſi alius offerat mihi meliorem conditionem, ſit inempta: pura conſiſtit emptio: ſed reſoluitur ſub hac cõditione, ſi alius, &c. & interim dominus emptor eſt: vt.ſ.de rei vind.l.ſi quis. & fructus vſucapit: & res interim periculo ſuo perit. Si verò dicatur ſic: perficiatur emptio, ſi non offeratur melior conditio, eſt conditionalis: & interim venditor eſt dominus: emptor verò neque vſucapit, neque fructus ſuos facit: & periculo venditoris res interim perit. Viuianus.

c *Meliorem*. melior dicitur vt infra eo.l.iiij.§.fin.

d *A domino*.i. ab emptore, qui interim eſt dominus, ſecundùm quoſdã: licèt malè ſecundũ alios: quia ſub conditione fuit facta: & ideò non fuit dominus medio tẽpore: vt.j.l.proxi. Dic ergo à domino, id eſt à venditore. prima verò placet: vt.j.l.proxi.not.

e *Abeat*. id eſt recedat.

f *QVotiens. Reſoluitur*. vt & in ſimili caſu: vt ſupra de contrahen.emptione.l.iij. Accurſius.

g *Conditionalis*. Quid ergo ſi non appareat? Reſpondetur. attende verba. nam ſi ita dicat, ſit inempta, vel diſcedatur ab emA ptione, ſi alius meliorem conditionem attulerit, pura eſt, ſed reſoluitur ſub conditione: vt hîc, & infra de lege commiſſ.l.j.&.ij. Et hoc innuit verbum diſcedere, vel inempta eſſe, quaſi voluerit eam ſemel emptam eſſe. Sed ſi dicat, vendo, niſi alius, &c. vel ſic: ſit tibi empta, niſi alius, &c. quia ibi verba præſentis temporis ponũtur, ſtatim perficiũt emptionẽ. quod enim de præſenti eſt vel de præterito, non eſt in ſuſpenſo quo ad eſſe ſuum: eſt tamen in ſuſpenſo quo ad reſolutionem, quæ inducitur verbis ſequẽtibus: ſcilicet niſi, &c. vt infra pro emp.l.ij.§.ſi in diẽ. &.ſ.eod.l.j. Si autem verba ponantur quæ ſuſpendunt, vel ſuſpẽdere poſſunt emptionem: nec denotẽt eius perfectionem, ſic vt perficiatur emptio niſi &c. nam verbum, perficiatur, eſt extẽſiuum, hoc eſt, conditionale: vt hîc, &.j. de actio. & obligat.l. obligationũ ferè.§. conditio. In vltimis verò voluntatibus, ſiue à principio ſub conditione legetur, ſiue purè legatum ſub conditione adimatur: idem eſt, quia ſemper eſt conditionale: vt infra de condit. & demonſtra. quibus. §. quidã Titio. & de adi. leg. l. ſi legatum purè. &.j. de leg.iij. fideicõmiſſa. §. ſic fideicommiſſum. Accurſius.

h *Lucrari*. niſi aliam poſtea meliorem offerat conditionem: vt infra eo.l. item quod dictum. Accurſius.

i *Et periculum*. ſic &.j. de præſcript. verbo. l. apud Labeonem. §. j. dominus enim eſt interim: vt.ſ.de rei vindic. ſi quis. &.j.eo.l.ſi. §.ſed & Marcellus. Sed quid ſi conditionalis ſit? Reſpon. poteſt in periculo aliud dici, ſcilicet vt periculum non pertineat ad emptorẽ, nec etiam fructus, ſed ad venditorem: arg.j. de peri. & commo. rei vendi. l. viij.§. quòd ſi pendente. Sed cum pereat eo momento, quo certum ſit alium non allaturum meliorem conditionem, non ſpectat periculum ad venditorem: arg.j. de ver.obli.l.in illa.&.l.cùm ſtipulatus. circa prin. Acc.

k *QVoniam poſt interitum*. de quo.ſ.proxi dixit. Accurſius.

l *VBi autem. Vſucapere*. vt.j.pro empto.l.ij.§.ſi ſub cõditione. Sed ſi conditio deficiat, nunquid vtetur venditor acceſſione temporis quo fuit apud emptorẽ? Reſpon. ſic: vt.j. de adquir.poſſ.l.Pomponius.§.ſi is qui precario. Accur. [IDEM IVLIANVS.] CASVS. Si ancilla vendatur ſub pacto addictionis in diem: an addictio extendatur ad partum? Reſpon. quòd non: quia alterius rei, &c. Idem eſt de fructu rei quæ interiit poſt venditionem factam ſub pacto addictionis in diem. Viuianus.

m *Non ſolet*. id eſt non debet. Accurſius.

n *Partus ſpeciei*. de qua modò.ſ.proxi. diximus. Accurſius.

o *Deſinere*. not. deſinere pignus: vt hîc, & infra qui.mo.pign. vel hypo.